MASTER NEGATIVE NO. 92-80479-3

AUTHOR:

SEEMANN, HEINRICH

TITLE:

DE ASYNDETO SOPHOCLEO...

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

[1882]

Master Negative #
92-80479-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88SE
Z8 Seemann, Heinrich, 1858-
v.1 De asyndeto Sophocleo quaestiones. Dissertatio inauguralis philologica quam scripsit...Henricus Seemann... Vratislaviae, typis Societatis typographorum Vratislaviensium, [1882]
57 p. 21½ cm.

Thesis, Breslau, 1882.

Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 03.12.1992 INITIALS Emilian
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE ASYNDETO SOPHOCLEO QUAESTIONES.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE VIADRINA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE IX. M. DECEMBRIS A. MDCCCLXXXII HORA XII

1882

IN AULA MINORE

PUBLICE DEFENDET

HENRICUS SEEMANN

SILESIUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

LEO BARTELT, DR. PHIL.
PAULUS PROHASEL, CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE.

TYPIS SOCIETATIS TYPOGRAPHORUM VRATISLAVIENSIUM.

De asyndeto Sophocleo quaestiones.

Multi iam et docti viri de Sophocle eiusque scriptis ac vita disseruerunt, nec fieri posse videtur, ut princeps ille artis tragicae Graecorum cum ulla ex parte neglectus, tum quod ad eos locos attinet, quibus asyndeton aut est aut esse videtur, non satis dilucide illustratus sit. Diligentissime enim hanc ipsam in rem Zielius vir doctissimus inquisivit, cui quidem, qui dissertationem suam[1]) benigne mihi legendam dedit, summas gratias ago. Tamen cum et quaedam habeam, quae in asyndetis aliter tractari velim, et exempla generum asyndetorum, quae in Sophocle reperiuntur, omnia colligere in animo mihi sit, et ipse de eadem re scribere virisque doctis scripta benevole censenda proponere audebo.

Asyndeton est, ubi duae vel plures sententiae, vel ubi duo vel plura eiusdem sententiae vocabula inter se coordinata, ita ut alterum ab altero non pendeat, sensu quidem vel notione cohaerent, particula autem nulla coniunguntur. Unde elucet, asyndetorum duas esse partes: asyndeton sententiarum et asyndeton vocabulorum.

Atque ut paucis gravissima attingam, quae iam de ea re scripta sunt, primus Naegelsbachius[2]) in Homerum inquisivit; at minus recte, ut mihi quidem videtur, asyndeton esse negat, ubi aut demonstrativo notio aliqua vel tempus aliquod resumatur aut opponatur aliquid aut membra non paria sint logica ex parte, sed alterum altero explicetur; deinde asyndeton quoddam esse rhetoricum contendit, nec

---

[1]) Ziel, progr. Cell. 1846. [2]) Naegelsbach, Anmerk. z. Ilias I. II., 1—483, exec. XIV. XV.

vero ullum nisi grammaticum statuendum est; postremo neglegit eam condicionem, ut enuntiata inter se cohaerere oporteat.

Dissenius[1]) non tam systema proponit eius rei quam singulas animadversiones, quae totam copiam non satis copiose tractant.

Ac recte Hermannus[2]) hunc Dissenii excursum percensens complura vituperavit, praeterquam quod hic systema proponere ne voluisse quidem videtur; at cum Hermannus rhetoricum esse statuit asyndeton et dicit enuntiato sine copula adiecto orationis initium indicari, et ipse errare mihi quidem videtur.

Uberius diligentiusque Zielius de ea dicendi forma egit; atqui in definiendo asyndeto haud adeo premit sententias cohaerere debere; tum distinguens falsum et verum asyndeton, quorum prius nihil nisi speciem talem prae se ferat, et vero rhetoricam tantum vim tribuit et falsi notionem amplius extendit.

Postremo Gollwitzerum[3]) commemoro, qui tria genera asyndetorum discernit: improprium, proprium, dramaticum. Improprio autem, ut pauca premam, genus adicit quoddam demonstrativum, ubi enuntiatorum rationem non nisi pronomine demonstrativo vel relativo significari putat, quamquam reperiemus tali enuntiato omnes fere rationes dicendi exprimi. Praeterea varia statuit asyndeta, cum duo inter enuntiata nulla ratio constare videatur, constet vero; atqui nonnunquam fit, ut duae sententiae inter se non cohaereant. Deinde propria, quae dicit, asyndeta sunt asyndeta partim, partim non sunt. Dramaticum denique eius genus quin huc revera prorsus non spectet, nemo dubitabit; iis enim locis a Gollwitzero statuitur, ubi duo enuntiata ob eam causam nulla particula coniuncta sunt, quod alterum ad actionem quandam in scaena factam adiunctum est.

---

[1]) Dissen, Pind. exc. II. [2]) Hermann, opp. VI. p. 15. [3]) Gollwitzer, acta sem. phil. Erl. II., d. asynd. apud Aeschylum. 1881.

Iam vero transeamus ad asyndeton ipsum tractandum, quod quidem semper grammaticum esse contendo; nam aut exstat coniunctio grammatica aut non exstat.

Quare nec de asyndeto rhetorico nec de vero falsove nec de proprio impropriove agendum mihi videtur, sed, cum quodvis asyndeton grammaticum sit, totam eorum copiam dividam secundum quinque genera, quibus enuntiata vel vocabula grammatice paria conectuntur, in genus copulativum et disiunctivum et adversativum et causale et consecutivum.

Pars I.

De asyndeto sententiarum.

Sententiarum igitur asyndeton est statuendum, cum duae vel plures sententiae inter se coordinatae sensu quidem cohaerent, particula autem nulla coniunguntur.

Ut vero ingentem eam copiam quam maxime restringam, secundum hanc definitionem tales locos distinguam premamque, ubi particula certe non exstat, sed ne desideratur quidem, ita ut asyndeton non sit nominandum.

Ac primum quidem huc spectat id genus, quo sententiae coniunctione carentes sensu prorsus non cohaerent; sed insequentia e. c. respiciunt, quod loquens ipse vel alius aliquis fecit vel facit, O. R. 437[1]):

OI. ποίοισι; μεῖνον. τίς δὲ μ᾽ἐκφύει βροτῶν;

μεῖνον dicit, quia Tiresiam abeuntem videt.

---

[1]) Numeris utor editionis Dindorfianae.

O. R. 532: Oedipus, postquam increpuit Creontem, qua cum audacia ultro ad ipsum accedere ausus esset, v. 536 particula non adhibita, in scelus eius inquirere incipit.

O. R. 945: verbis ὦ θεῶν κτλ. dialogus continuatur. O. R. 1299. 1471. O. C. 197. 315. 318. 904. 1096. 1542. 1544. 1547. Ant. 376, ut saepe fit novis personis intrantibus. 626. 838. Ai. 1004. 1024. 1171. El. 807. 1357: Electra manus paedagogi prehendit; Blaydesii coniectura φιλτάτας-χεῖρας opus non est. Trach. 218. 222. 969. 1005a. 1006. 1079. Phil. 205. 236: exsultat Philoctetes non verbis Neoptolemi ipsis, sed eo, quod omnino vocem alicuius audivit post tantum temporis. 730. 789: non internos dolores, sed totam morbi speciem respicit. 823: cum Buttmanno Dindorfius et Hartungius τὲ pro γὲ scribunt rati γὲ particula causam antecedentium indicari, et τὲ requirunt, ita ut alterum aliquod somni indicium adiciatur. Ego vero ad Hermanni et Wunderi sententiam accedo; nam et γὲ est augentis, τοὶ restringentis, quae haud raro coniuncta invenies, et caput reclinatum non tam certum insigne somni est, ut solum sufficiat, quare accuratius contemplans alias res animadvertit, quae antecedentem causam et restringunt et fulciunt. Phil. 923. 1006. 1265.

Saepe sequentia spectant ad rem aliquam, quae nullo adiuvante in rerum natura vel in loquentis ipsius corpore animove evenit. O. R. 1129:

ΟΙ. τὸν ἄνδρα τόνδ' οὖν οἶσθα τῇδέ που μαθών;
ΘΕ. τί χρῆμα δρῶντα; ποῖον ἄνδρα καὶ λέγεις;

Neminem fugit priorem interrogationem non nisi ex animo valde anxio famuli proficisci et posteriorem demum Oedipi verbis respondere.

O. R. 1309. 1316. O. C. 1074: choro in mentem venit rei Theseïdis perficiendae. 1456. 1466. Ant. 627. 1286. 1307. Ai. 870. El. 314. 390. 1161. Trach. 377. 987: traditum est ἥδ' ac miror, quod Dindorfius, quamvis respiciat v. 1010, tamen ἡ δ' scribit, similiter Schneidewinus, cum Apitzius ἧδ' et Blaydesius ἃ δ' praebeant; δὲ particulae hic prorsus locus non est, cum haec sententia non antecedentibus conectatur, sed ad novos dolores referenda sit vel, si forte οἴμοι ἐγὼ

τλάμων ad sequentia retuleris, quod equidem reprobarim, causam afferat exclamationis antecedentis, non opponatur enumereturve. Wunderus ἡ δ' scribit dicens, ἡ non vice pronominis, sed articuli fungi, cum Dindorfius pronomen esse statuat. Wundero adversor, quod vix dici posse puto ἡ μιαρά, sed μιαρά vel praedicative vel appositive esse usurpatum.

Trach. 1009. 1022. 1031. 1081. Phil. 523. 736. 743. 745. 785. 787. 790. 792. 796. 1188. 1199: scil. quae choro respondet, dirimit exclamatio ei doloribus impotentiaque pedis extorta.

Alias resumit loquens orationem, postquam responsum vel factum aliquod frustra exspectavit. O. R. 1414. 1415:

ἴτ', ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
πίθεσθε, μὴ δείσητε. τἀμὰ γὰρ κακὰ
οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.

O. R. 1475. O. C. 162. 835: cum Creon verba τί δρᾷς, ὦ ξέν' neglexerit, chorus instantius eum puellas remittere iubet, mina sequente hoc iussum affirmans.

O. C. 995. 1271, 2, 5. Ant. 1230. Ai. 73. 90. 342. 541 581. El. 547. 580: Schoellius spurium esse versum contendit Aeliano apud Suidam nisus; at si pausam statuimus, necessarium non est. Trach. 310. 865. 1040. Phil. 740. 804. 805, ubi Philoctetes ter intermittens loquitur. 951. 969: nescit, quid consilii capiat, et deliberanti interrogationi nihil respondet.

1233, ubi ὦ Ζεῦ, τί λέξεις ex animo eius valde commoto iratoque prodit.

Nonnunquam etiam annectitur enuntiatum subsequens ad cogitationem aliquam retentam supplendamque; O. R. 754:

ΟΙ. αἰαῖ, τάδ' ἤδη διαφανῆ. τίς ἦν ποτε
ὁ τούσδε λέξας τοὺς λόγους ὑμῖν, γύναι;

scil. una, quae superest, spes posita est in famuli illius nuntio.

El. 580: τούτου θανεῖν
χρῆν αὐτὸν οὕνεκ' ἐκ σέθεν; ποίῳ νόμῳ;
ὅρα τιθεῖσα τόνδε τὸν νόμον βροτοῖς
μὴ πῆμα σαυτῇ καὶ μετάγνοιαν τιθῇς.

nisi forte τόνδε indicarit mutatione opus esse vel lacunam statuendam, suppleas ἆρα νόμῳ τίσεως;

Tum coniunctio deesse solet, cum in dialogo persona personam excipit loquens vel in partibus lyricis semichoria inter se respondent vel chorus chorago. Ac quin mutatis personis particula non requiratur, nemo dubitabit; attamen monere velim in dialogo quoque vivaciter peracto particulas haud raro inveniri, cum quis orationem alterius interruptam vel ad finem perductam continuat constructione non omissa.

Nec minus constat canticorum saepe non solum semichoria singula, sed etiam singulas chori personas participes fieri, ut satis certe statuere nobis licet: O. C. vv. 117 seqq. ac vicissim vv. 149 seqq. Trach. 216: vel chorus ad monenti chorago obsequitur, quod putat Nauckius[1]), vel una pars chori alteri, si in Hermanni sententiam concedas; vel idem et haec et antecedentia loquitur, tibiae sonu permotus, postquam se ipse incitavit, quo de genere iam dixi; nec vero ego diiudicaverim.

Huic proprio usui simillimus est translatus ille, quo loquens ipse alterius personae vice fungens sibi aliquid opponit vel se interrogat vel suae ipsius interrogationi interpellationive respondet; nec deero, quin hanc animadversionem exemplis confirmem. O. R. 1377:

ἀλλ ἡ τέκνων δῆτ᾽ ὄψις ἦν ἐφίμερος,
βλαστοῦσ᾽ ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί;
οὐ δῆτα τοῖς γ᾽ ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς ποτε.

1386. 1501. O. C. 317. 431: Oedipus, postquam increpuit filios, quod exsilio ipsius non restitissent, se interpellat verbis εἴποις ἂν κτλ. atque ipse respondet: οὐ δῆτ᾽ κτλ.

O. C. 792. 1309. Ant. 908 seq.: quamquam cum editoribus interpolationem subesse perveterem ex Her. III. 119. verbo paene tenus petitam suspicor; sed unde ordiatur et quo pertineat, de ea re viri doctissimi valde dissentiunt; neque ego discernere ausus sim. Ai. 466. 470. 809. 1099. 1127. 1235. 1280. El. 448. 526. 558. Trach. 429: Lichas,

[1]) intellegas editionem Schneidewini a Nauckio curatam.

ut saepe fit, interrogationem nuntii idem repetit eique respondet:

ἐγὼ δάμαρτα; πρὸς θεῶν, φράσον, φίλη
δέσποινα τόνδε, τίς ποτ᾽ ἐστὶν ὁ ξένος;

Trach. 709. 718. 965: ὡς comparantis mihi esse videtur, Schneidewino exclamantis; nam viri peregrini Herculem domum portant. Phil. 1367.

Postremo asyndeton esse negemus, ubi subito de re nova loquimur vel quempiam modo ingressum appellamus vel omnino cum alia persona colloquimur de rebus, quae cum antecedentibus nulla ratione cohaerent. O. R. 85:

Ol. τάχ᾽ εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως,
τίν᾽ ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων.

Priora scil. ad chorum referas, posteriora ad Creontem. O. R. 158. 430. 754. 1098: ἄρα particula, si recte sic pro ἆρα scribit Brunckius, quod dubitatione non vacat, non coniungit enuntiata, cum inter se non cohaereant, sed premit inexspectatam Oedipi originem ac praecipue vocem μακραιώνων; antea scil. Cithaeronem celebravit ut locum natalem, nunc parentes quaerit. Falso Herwerdenius cum Heimsoethio et Blaydesio ἆρα in κορᾶν mutavit, cum, si Πανὶ respicias, de nymphis tantum cogitari possit.

O. R. 1391: postquam causas attulit, ob quas se occaecavisset, quattuor gravissima vitae antecedentis tempora commemorat deploratque Oedipus. 1480. O. C. 1085. 1308. 1549. Ant. 379. 577:

XO. δεδογμέν᾽, ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν.
KP. καὶ σοί γε κἀμοί. μὴ τριβὰς ἔτ᾽. ἀλλά νιν
κομίζετ᾽ εἴσω, δμῶες.

Hartungius καὶ μοὶ cum sequentibus coniungit, dativum, qui dicitur, ethicum esse ratus, ut saepe usurpatum in talibus ellipsibus, et scholiorum interpretatione nixus. Nec vero mihi probatur, quod posterior particula καὶ sic inepta esse videtur et verba καὶ σοί γε sola per se sensum non praebent bonum; neque enim δεδογμέν᾽ quicquam aliud significat nisi »placuit«; coniectura ergo recepta chori arbi-

trium nimis aestimatur. Immo Creon his verbis omnes chori interpellationes praecidere vult. Ad Ismenen autem σοί γε referendum non est, quod vult Schneidewinus, quia et v. 576 magis convenit tranquillo chori animo et Ismenes iudicium nequaquam respiciebat Creon. Ant. 632. 760. 842. 940. 1108. 1320. Ai. 71. 550. 809. 913. 920. 1003. 1023. 1028. 1097. 1272. El. 637. 1162. 1361. 1468. Trach. 202. 303. 307. 747. 1031. 1064. 1085. 1089. 1146. 1275, siquidem genuini sunt versus, qua de re nonnulli dubitant. Phil. 260. 300. 761. 833. 936. 952. 1087. 1128. 1214.

Commemorarim hic eos quoque locos, ubi quis verba quaedam non magna voce profert, sed summissa, quasi secum loquens, ut Ai. 587. Phil. 1231.

Alteram porro si respicimus condicionem, iure optimo particula coniunctiva omittitur iis locis, quibus duae sententiae haud pari vi praeditae altera alteram quasi supplent.

Rarissime sententia alterius tanquam subiectum exsistit, cuius rei perpauca inveniuntur exempla apud Sophoclem: Trach. 1136:

ΥΛ. κἂν σοῦ στραφείη θυμός. εἰ τὸ πᾶν μάθοις.
ΗΡ. δεινοῦ λόγου κατῆρξας· εἰπὲ δ' ᾗ νοεῖς.
ΥΛ. ἅπαν τὸ ῥῆμ' ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη.

Nauckius scribit ἁπλοῦν τὸ ῥῆμ'[1]), ita ut ἁπλοῦν praedicative sit usurpatum; at mihi displicet in hanc coniecturam inquirenti, quod ἁπλοῦν adeo premitur, ut primum locum obtineat; neque intellego, cur ἅπαν offendat, praesertim cum v. 1134 τὸ πᾶν antecedat: »totus sermo est: peccavit sollertia animo volvens.« O. R. 1235: Campbellius, cl. Trach. v. 1136, ὁ μὲν τάχιστος τῶν λόγων pro appositione habet antecapta; tum vero accusativum requireres, quoniam responsum a τί φής penderet. Wunderus ἐστί non supplet, sed confert locutiones τὸ λεγόμενον, τὸ τῆς παροιμίας, τὸ τῶν παιζόντων, appositionem statuens, cl. Krüg. I. 57. 10. 11. Nec vero nostro loco ὁ μὲν τάχιστος τ. λ. adeo tritum esse videtur, ut cum his recte comparetur. Similiter Phil. 863.

[1]) Eur. Stud. II. p. 95.

Multo saepius altera sententia alterius obiectum est. Quamquam neglegendum non est huc non spectare cum omnes illos locos, ubi sequentibus obiectum, proprio quodam verbo sive pronomine seu substantivo expressum, explicatur, tum eos, quibus obiectum non aperte quidem significatur, sed tacite in antecedentibus latet, idque aut antecedit obiectum aut subsequitur. O. R. 157. 649. 1009:

ΑΓ. ὦ παῖ, καλῶς εἶ δῆλος οὐκ εἰδὼς τί δρᾷς.
ΟΙ. πῶς, ὦ γεραιέ; πρὸς θεῶν δίδασκέ με.

1037. 1041. 1050. 1120: ἐρωτάω aeque ac διδάσκω saepe duplicem accusativum requirit. 1142. 1147. 1510. O. C. 165. 204. 250. 276. 398. 467. 587: οὖν ineptum et recte a Brunckio in οὐκ mutatum esse videtur. 889: Schneidewino astipulor sequentem versum, utpote qui Creontis indignationem in ridiculum trahat, eicienti; nam et saepissime talibus formulis, qualis est λέξαθ' ὡς εἰδῶ τὸ πᾶν oratio clauditur et τὸ πᾶν antecedentibus satis accurate explicatum est et pro ᾖξα aliud verbum exspectaris velut μετεπέμψασθε. 893. 995. 1154. 1170. 1415. 1729. Ant. 447. 534. 1099. 1174. 1230. Ai. 73: nam Αἴαντα φωνῶ nihil aliud est nisi καλῶ σε. Αἶαν; nec vero ut paulo antea infinitivus pendet, sed imperativus. 211. 283. 494. 588. 720. 863. 1097. 1332. El. 526. 628. 997. 1346. 1406. 1450. Trach. 64. 101. 236. 312. 598. 890. Phil. 137. 470. fr. 106. 255. 819.

Huic generi annumeranda est quaevis oratio recta, sive antea iam pronomine significata est sive non est. Ai. 288:

κἀγὼ 'πιπλήσσω καὶ λέγω, τί χρῆμα δρᾷς,
Αἴας; κτλ.

Ai. 293: ὁ δ' εἶπε πρός με βαί', ἀεὶ δ' ὑμνούμενα·
γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

cf. 774. vox antecedens oratione recta non explicatur, sed praesumit eam quodammodo.

Nec magis parentheses par pondus exhibent ac cetera oratio. Sunt vero parentheses enuntiata, quae, licet non e totius sermonis conexu sumpta sint, tamen orationi affirmandae fulciendaeque inserviunt et ei inseruntur constructione plerumque non mutata, rarissime anacolutho admisso;

atque aut particulis praeditae sunt affirmantibus vel causalibus, γὰρ, καὶ, δὲ, aut carent. O. R. 711:

χρησμὸς γὰρ ἦλθε Λαΐῳ ποτ', οὐκ ἐρῶ
Φοίβου γ' ἀπ' αὐτοῦ, τῶν δ' ὑπηρετῶν ἄπο,
ὡς αὐτὸν ἥξοι μοῖρα πρὸς παιδὸς θανεῖν,
ὅστις γένοιτ' ἐμοῦ τε κἀκείνου πάρα.

957. 988. 1022.

Monere velim, saepe coniunctivo dubitativo vel deliberativo per parenthesim verba quaedam, velut βούλει, θέλεις, adici; O. R. 650: τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω: quod exemplum testimonio est etiam praeeunte vel subsequente tali verbo idem esse sentiendum, praesertim cum ut saepe latinum »vis« verti vix possit. O. R. 1064: λίσσομαι, ut saepe verba orandi, affirmandi, alia. O. R. 1117. 1140. 1438. O. C. 142. 161. 215. 241. 269. 305. 359. 452. 518. 521. 662. 852. 1185. 1197. 1615. Ant. 184. 198: Πολυνείκη λέγω. 305. 396. 762. 959. 1031. 1230. 1320. Ai. 341. 368. 416. 422. 569. 600. 906. 938. 979. 1228. El. 80. 131. 136. 222. 354. 400. 525: falso nonnulli, ut Hartungius, Schneidewinus, post ἄλλο interpungunt. 605. 662. 673. 675. 877. 910. 1009. 1224. 1379. Trach. 9. 402. 408. Phil. 57, ubi constructione deserta primam personam altera excipit. 419. 474. 485. 498. 761. 808. 859. 932. 980. 1019: καὶ cum πολλάκις coniungas. 1181. 1197. 1261. 1388. fr. 58, 1:

βοᾷ τις· ὢ ἀκούετ'· ἢ μάτην
ὑλακτῶ:

Hermannus[1]) conicit ὑλῶ, Fort. suspicatur λάκω. fr. 236. 517,4. 521. 690.

Huc quoque spectare mihi videntur multa brevia enuntiata, sive imperativi seu interrogationes, quae propria quadam vi prorsus carent. Immo imperativi tales nihil exprimunt nisi notionem urgendi vel festinandi, et interrogationes affectus tantum quosdam animi indicant, e. g. indignationem, admirationem, gaudium, dolorem, festinationem, alia. Atque his adicias innumeras exclamationes, quibus quidem

[1]) Hermannus. Elem. d. m. p. 50.

vis integrae sententiae non inest. O. R. 330: τί φῄς; 577. 941. 1146: οὐκ εἰς ὄλεθρον; O. C. 542. 1585. Ant. 381. 534. 758: ἴσθ' ὅτι. El. 407: πῶς εἶπας; 1400. Phil. 1308: εἶεν. Similiter ἴθι, ἄγε haud raro inveniuntur. Innumera exclamationum, quae orationi commotae inseruntur, exempla afferre longum est.

Asyndeti nomen postremo esse recusandum apparet ante eas sententias sensu principales, quae pronomine relativo conexae sunt, cuius rei multa exstant exempla; nam pron. rel. demonstrativi et particulae coniunctivae vice fungitur aeque atque in sermone latino; e. c. O. C. 19: οὗ. Ai. 1062. El. 209. Trach. 136.

Cap. I.

De asyndeto sententiarum copulativo.

Intellegas id genus, ex quo sententia aliqua alteri adicitur. Atque apparet id duplici ratione fieri posse: aut enim sententia posterior a priore plane diversa quidem est, sed cum illa unius quasi rei partes conficit, quod enumerativum dicimus; aut non est diversa, sed sensus prioris membri altero aperte vel tacite repetitur, ita ut vis eius aut intendatur aut extendatur; hoc est, ut ita dicam, augmentativum.

§ I. Enumerativum.

Duo vel plura enuntiata diversum sensum continentia enumerantur. Particulis si utaris, praesto sunt καὶ, τὲ, καὶ-καὶ, τὲ-καὶ, τὲ-τὲ, μὲν-δὲ, δὲ. Omissis autem iis universa quaedam imago animo contemplanti praebetur, quo facto oratio multo vivacior et subtilior exstat; haud raro, ut idem hoc etiam magis efficiatur, anaphorae figura vel gradatio adhibetur. O. R. 99:

Oi. ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς:

Quas duas interrogationes artissime quidem cohaerere, at tamen diversas res quaerere neminem fugit. O. R. 401: nihil nisi ἔσται supplendum est.

Saepe per anacoluthon particulam, qua membrum antecedens inducitur, non sequitur vocula respondens vel parte aliqua omissa debilitatur, ut O. R. 605, ubi τοῦτ' ἄλλ' (pro τοῦτο δ') respondet antecenti τοῦτο μέν.

O. R. 801: cur Campbellius hoc asyndeto offendatur, non intellego; explicandum enim est inde, quod ad gravissimam narrationis partem pervenit Oedipus; qua re adductus cum Wundero et Campbellio v. 800 retinuerim, quippe qui parenthesis loco positus vim sequentium etiam magis intendat, cum Campbellius parem eum esse ceteris vi logica contendat; Dindorfius, Schneidewinus-Nauckius delent ut a manu recentiore in margine additum; at falso, ut mihi videtur; neque enim lacunae explendae nec conexus efficiendi causa additus est.

O. R. 810: cum in antecedente narrationis parte καὶ particula usus sit, nunc asyndeto admisso attentiorem Jocasten facit Oedipus, quam impar poena Laio illata culpae eius sit; nam vis adversativa, quae collocatione exprimitur, ad sequentia vergit:

οὐ μὴν ἴσην γ' ἔτισεν, ἀλλὰ συντόμως κτλ.

O. R. 874, simul anaphora adhibita:

ὕβρις φυτεύει τύραννον·
ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν κτλ.

881. 938. 1308. 1391 seqq. commemorat Oedipus deplorans infelicissima vitae suae tempora, cum et in Cithaerone expositus, v. 1391, et Corinthi receptus esset, v. 1394, et ad trivium illud adisset, v. 1398, et nuptias infaustas inisset, v. 1403. O. R. 1420:

ΟΙ. οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;
τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος; τὰ γὰρ
πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφηύρημαι κακός.

Causa ad utramque interrogationem pertinet; de versu secundo explicando dissentiunt viri docti: Dindorfius et Wunderus et Nauckius vertunt »quae mihi merito fides habebitur?« Herwerdenius cum Neuio »obsequium;« Ritterus »auf welches Recht kann ich vertrauen?« Mihi maxime placet interpretatio Campbelliana »what ground of confidence that I advance will appear just?« vel »quae mihi apparebit merito confidentia?« Neque enim de fide ei habenda nec de obsequio nec de iure quodam agitur nec de precibus perficiendis, sed de sola confidentia ipsius Oedipi.

O. R. 1497. O. C. 3. 38. 205. 310. 490 1117. 1187: Antigone, postquam primam causam, cur exciperet filium, attulit, aliam commemorat, quod filius eius esset. 1300: καὶ ad ἀπὸ μαντέων referendum videtur. 1317: mirum est, quod bis tantum δὲ omittitur; haud scio an metri gratia, cum aliam causam invenire nequeam. 1486. 1568. 1597. Ant. 53: antea particula deficiente, ἔπειτα legitur, ac sequitur τρίτον δ' — νῦν δ'. Causam, cur hoc loco δὲ desit, dicere nequeo, nisi quod clades patris et matris artius cohaerent. 244. 281. 297 seq. 673 seq.: Nauckius scribi vult ἠδὲ pro ἥδε secundo loco, ratus civitatem cum familia consociari, quia Creontis verba in eius ipsius familiam cadant; at et dirumpit hac coniectura totum ordinem anaphora firmatum neque ea opus est, quare reicio. 783. 793: v. 787 pro casu obliquo pronominis relativi, cum casus ut mutetur opus sit, pronomen personale vel demonstrativum usurpatur. Nauckio σὺ-σὺ vocativis Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, Ἔρως ὃς κτέ. respondere falso videtur; nam Ἔρως non nisi per emphasim iteratur. 862. 869. 923. 1229. 1234. 1264 seq.: deplorat Creon primum mentis dura peccata, deinde consilia infausta, tum funestum eventum, quas exclamationes non pure orationi inserit. 1342: lectio tradita haec est: ὅπα πρὸς πρότερον (ap. πότερον) ἴδω πᾶι καὶ θῶ· πάντα γὰρ-λέχρια κτέ: pro καὶ θῶ Musgravius certissime scripsit κλιθῶ, Kayserus πότερα pro πότερον. Cum vero secundum stropham dimeter dochmìacus requiratur, malo cum Wundero πάντα γὰρ quam cum Kaysero et Dindorfio ἴδω πᾶι delere; nam πάντα neque ad πότερα, ut videtur Dindorfio, neque ad omnia sequentia bene referri potest.

Ai. 312. 417. 641. 724. 770. 843. 945. 1236. El. 63. 188:

ἅτις ἄνευ τεκέων κατατάκομαι,
ἇς φίλος οὔτις ἀνὴρ ὑπερίσταται.

Ergo duo enuntiata relativa. Traditum est τοκέων, quod Wolffius fultum putat versibus 241. 273. 590. 1194; mihi vero multo melius firmatum videtur τεκέων, quod Nauckius cum Heimsoethio[1])

[1]) Heimsoethius d. diversa diversorum mendorum emendatione comm. alt. p. XII.

scribit ex Vindob. 281, cl. Meinecke, O. C. p. 252 seq. 198. 236. 262. 266. 405. 409. 419. 488. 527: ἐξ ἐμοῦ· καλῶς ἔξοιδα· τῶνδ' ἄρνησις οὐκ ἔνεστί μοι: latine »a me; haud ignoro neque infitias ut eam opus est«. 701 seqq. 743. 973. 979. 987:

ἀλλ', ὦ φίλη, πείσθητι, συμπόνει πατρὶ.
σύγκαμν' ἀδελφῷ, παῦσον ἐκ κακῶν ἐμὲ,
παῦσον δὲ σαυτὴν, τοῦτο γιγνώσκουσ', ὅτι
ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσιν.

Sic optimi codd. Nauckius cum deterioribus quibusdam scribi vult συμμάχει πατρὶ, σύγκαμν' ἀδελφῇ. At mihi multo magis placet optimorum lectio codicum; nam et verba συμπόνει ac σύγκαμν' aptissime ad illos referuntur, cum apud inferos inulti laborent, et verbis ipsis prorsus discernuntur mortui vivique et Orestis aeque atque Agamemnonis interesse opportebat, ut interfectores patris punirentur, et enumeratio coniectura illa dirumpitur; quarto loco eam ob causam δὲ scripsisse videtur poëta, quod causam participio expressam non ad omnes imperativos, sed ad ultimum tantum referri voluit. 1152. 1191. 1192. 1355. 1369. 1475. Trach. 421. 423, qui loci sibi satis accurate respondent; quaerit enim Lichas, quis audierit et ubi. 618: substantivo totum enuntiatum respondere observes. 770. 847. 851. 948. 984. 1035. Phil. 157. 177: recipio cum plerisque Lachmanni coniecturam θεῶν pro θνητῶν: nec vero μέτριος, ad mala cum nonnullis refero, sed ad felicem sortem, sequentibus nixus. 222. 278. 285. 295. 610. 664: solum praedicatum commune est duobus enuntiatis. 697. 712. 749: ante ἀπάμησον. 841. 942 seqq.: explicat Philoctetes, qualia facinora ipsi intulerit Neoptolemus; τὲ particula, ut saepe, suum locum non obtinet, sc. post ἔχει; enumerationis ordo docet v. 945 neque cum Dindorfio ἑλὼν δ' neque cum Hartungio ἑλών τ' scribendum esse. 1029. 1172: vertas »cur me perdidisti? quid me fecisti?« 1354. 1365: sensus is fere est, non solum Troiam ivisti, quod non oportuit, ac nos ab illis non defendisti, sed etiam iis auxilium fers et me quoque id impellis«. 1421: καὶ est augentis. 1433. fr. 109,2. 149,1. 239,5. 462 b,2. 678,5,8: cf. v. 2.

§ II. Genus augmentativum.

Sententiae sensu diversae non sunt, sed prior continetur posteriore quodammodo aut gradante aut amplificante; aut non continetur aperte, sed in unam sententiam tanquam confundendae sunt, ita ut per se sensu careat alterutra; particula omissa videtur καί.

A. Gradativum. Sensus antecedentis enuntiati sequente intenditur. O. R. 108:

οἱ δ' εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται
ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας.

οἱ δ' sc. αὐτοένται. 430. 596 seq. anaphoram adhibuit. 1056. 1155. 1205. 1300. 1328.

Haud raro vis sententiae alicuius negato contrario augetur, ut v. 1414:

πίθεσθε, μὴ δείσητε.

O. C. 358. 1079. 1099: non intercedit asyndeton nisi inter τί φῄς; et πῶς εἶπας; quae interrogationes gradationem continentes animi motum exprimunt. O. C. 1225: antistrophus idem dicit, quod stropha, contraria ex parte. 1233. 1266. 1272. 1363. 1485. 1499, nisi forte coniunctio interciderit. 1578. Ant. 42. 878: Reiskii coniecturam τὰν πομάταν pro τάνδ' ἑτοίμαν recipio, quippe quae sequentibus magis conveniat, praesertim cum v. 876 explicetur vv. 881 seq. Ant. 1049. Ai. 74: τί δρᾷς; scil. idem dicere videtur ac μὴ δρᾶ τοῦτο. 115. 369: malo, ut metrum antistrophicum aequemus, cum plerisque alterum οὐκ retinere, illic μὴν adiciens, quam cum Neuio et Nauckio altero οὐ deleto unam interrogationem efficere; quod quidem mihi Seyffertus causis allatis probavit. 588. 668. ὥσθ' ὑπεικτέον. τί μή; iisdem sequentibus utraque sententia affirmatur. 811. 1012. 1105, nisi cum Dindorfio et Nauckio deleas, cum idem dicant, quae antecedentia, sine magna vi repetita. El. 131. 208. 238. 677. 1174. 1176:

τί δ' ἔσχες ἄλγος; πρὸς τί τοῦτ' εἰπὼν κυρεῖς;

Cum Hermanno Dindorfius et Nauckius signo interrogandi in comma mutato asyndeton tollunt; ac saepe τίς usurpari

pro ὅστις Dindorfius multis exemplis ad v. 316 allatis probavit. At mihi tradita lectio magis placet, cum maiorem vim contineat et πρός τί minus ad ἄλγος referendum quam universe percipiendum videatur. Trach. 295, nisi versus est eiciendus, quod plerisque videtur. 412. 884. 1080. 1144. 1203. Phil. 485. 501 741. 896. 918. 933:

ἀπόδος, ἱκνοῦμαί σ', ἀπόδος, ἱκετεύω, τέκνον.
πρὸς θεῶν πατρῴων, τὸν βίον με μ' ἀφέλῃς.

Cum v. 931 arcum suum cum vita comparaverit, huic loco negatio contrarii inest. 994. 1097. 1275. 1285. 1444:

τοῦτο δ' ἐννοεῖθ', ὅταν
πορθῆτε γαῖαν, εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεούς.
ὡς τἄλλα πάντα δεύτερ' ἡγεῖται πατὴρ
Ζεύς. ἡ γὰρ εὐσέβεια συνθνήσκει βροτοῖς,
κἂν ζῶσι κἂν θάνωσιν. οὐκ ἀπόλλυται.

Tres ultimi versus, cum plerosque offendant, aut omnes, ut a Dindorfio, aut duo, ut a Nauckio, aut unus, ut ab Hartungio, reiciuntur. Wunderus omnes retinet συνθνήσκει vertens »mortuos comitatur«. Ac revera respiciens cum opinionem veterum, qua dicebant mortuos apud inferos iisdem studiis vel operis incumbere atque in terra, tum vel christianorum sanctam disciplinam, qua, quae quis pie iusteque fecerit, eum quasi in coelum comitentur, in quo de nobis aeque diiudicetur ac de paganis apud inferos, Wundero astipuler, siquidem συνθνήσκειν talem sensum habere potest; at tertium versum delere praefero, cum mera sit repetitio et omnino de vivis non agatur. Quos locos Hartungius ex Euripide affert, Tem. fr. 3. Troi. 1190, non obstant:

ἀρετὴ δὲ κἂν θάνῃ τις οὐκ ἀπόλλυται,
ζῇ δ' οὐκέτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
ἅπαντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.
et θανεῖ γὰρ οὐ, θανοῦσα σὺν νεκρῷ.

Nam apparet θνήσκω diverse esse percipiendum altero loco: primum »intereo s. evanesco« tum »una morior«. Similiter ζῇ priore loco idem valet quod »viget, non interit«. Ergo haec notio verbi συνθνήσκειν satis firmata esse videtur. Si

vero cui minus probatur, praestat scribere οὐ γὰρ ηὐσέβεια, cum συνθνήσκει vertit, »una interit«. Tertio versu deleto asyndeton tollitur. fr. 518,2.

B. Amplificativum.

Antecedentia, quod ad rem ipsam attinet, sequentibus augentur. Quae praesto est particula, eadem est atque gradativi generis. O. R. 164:

ἰὼ
τρισσοὶ ἀλεξίμοροι προφάνητέ μοι,
εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὑπερορνυμένας πόλει
ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος, ἔλθετε καὶ νῦν.

Iterum scil. invocantur dii obsecratione adiecta. 532: οὗτος σὺ, πῶς δεῦρ' ἦλθες; ἦ τοσόνδ' ἔχεις τόλμης πρόσωπον ὥστε κτλ.

Elmsleius ἦ pro ἢ, quod priore omissum manus recentior intulit, scribit, ac recte, cum prior interrogatio posteriore contineatur. 592. 599: utroque loco eadem sententia, v. 587, redit aliis causis fulta. 823. 828: cf. 822. ἆρα per anaphoram repetitur. 1219. 1280: non video, cur cum Dindorfio hos duos versus eiciam, licet prius κακὰ suspicionis speciem prae se ferat; quo autem modo mutandum sit, pro certo non habeo. 1480: ante ἔλθετε. O. C. 192. 382. 560. 886. 1367 seq. 1492: nisi forte coniunctio interciderit.

Huc pertinere mihi videtur ille quoque usus, quo quis antecedentibus breviter comprehensis orationem eodem enuntiato continuat; qua re differt a genere comprehensivo, quo praecedentia comprehenduntur quidem, sed non continuantur. Ant. 31: Antigone, cum decretum Creontis commemoraverit, sic pergit:

τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα σοὶ
κἀμοὶ, λέγω γὰρ κἀμὲ, κηρύξαντ' ἔχειν.

191. 231. 293. 385. 387. 415. 1074. 1289. 1332. Ai. 55. 164. 289. 362. 404. 1290. El. 296. 477. 981 seq.: anaphora adhibita est. Trach. 376. 505. 578. 655. 803. 815. 1248:

ΥΛ. πράσσειν ἄνωγας οὖν με πανδίκως τάδε;
ΗΡ. ἔγωγε· τούτων μάρτυρας καλῶ θεούς.

Parenthesim non esse statuendam, inde apparet, quod τούτων non ad ἔγωγε, sed ad τάδε referendum est. 1255. Phil. 157:

νῦν δέ μοι
λέγ' αὐλὰς ποίας ἔνεδρος ναίει
καὶ χῶρον τίν' ἔχει. τὸ γάρ μοι
μαθεῖν οὐκ ἀποκαίριον.
μὴ προσπεσών με λάθῃ ποθέν·
τίς τόπος ἢ τίς ἕδρα, τίν' ἔχει στίβον,
ἔναυλον ἢ θυραῖον;

Dindorfius falso, ut mihi videtur, τίς τόπος κτλ. pendere vult a verbo μαθεῖν, cuius obiectum est τό. At nescio an putet τὸ explicari versu 157; sed multo acrior est interrogatio recta. 271. 348. 382. 428. 451. 480. 523. 578. 637, ubi adhortatio repetitur causa aliqua adiecta. 906. 929. 975. 1055. 1090. fr. 239,2.

C. Suppletivum.

Fit haud raro, ut aliqua sententia altera non contineatur quidem aperte, sed tacite ad eam supplenda sit et alterutra additamenti vice fungatur. O. R. 47:

ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν.
ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ
σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας· κτλ.

Adhortationi igitur sacerdos adicit: cave contrarium etc. 998. 1064. O. C. 106. 1182. Ant. 361:

παντοπόρος ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον
φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται.

Praecedenti ergo sententiae generali exceptio aliqua adicitur; neque opponitur alterum membrum alteri, cum priore minus dilucide significetur, utrum posterius sub illo sit intellegendum necne.

Similiter O. C. 1206. Haud multum distat notio ususque voculae πλήν, velut O. C. 1643:

ἀλλ' ἕρπεθ' ὡς τάχιστα· πλὴν ὁ κύριος
Θησεὺς παρέστω μανθάνων τὰ δρώμενα.

cf. Trach. 41. 596. 1109. Phil. 528.

Ant. 1212. 1228:

ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἴργασαι; τίνα
νοῦν ἔσχες; ἐν τῷ συμφορᾶς διεφθάρης;

(scil. τοῦτο τὸ δεινὸν ἔργον ἐργαζόμενος). Ai. 988: ante ἴθ'.

Huic autem generi attribuerim eos quoque locos, ubi non tam altera sententia ad alteram supplenda est quam ambae unam quasi cogitationem efficiunt, ita ut alterutra per se perspicuo sensu careat. Ai. 988:

οὐχ ὅσον τάχος
δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο, μήτις ὡς κενῆς
σκύμνον λεαίνης δυσμενῶν ἀναρπάσῃ;
ἴθ' ἐγκόνει, σύγκαμνε. τοῖς θανοῦσί τοι
φιλοῦσι πάντες κειμένοις ἐπεγγελᾶν.

Asyndeton intellegas ante σύγκαμνε; similiter lingua vernacula dicimus »beeile dich und sei mit mir thätig«. Appellaverim autem talem usum, si liceat, ἓν διὰ δυοῖν enuntiatorum. Ai. 1259. El. 354. 579. 981: obiectum τούτω v. 977 premendi causa antecapitur cum ἴδεσθε iunctum, ut saepius. 987. 1445: antecedentia obiectum non esse apparet e verbis τίς οἶδεν ὑμῶν. Trach. 1070. 1228. Phil. 481. 484. 485. 749. 835. 1068. 1200: ἐρρέτω Ἴλιον κτέ dicta mihi videntur pro κεἴπερ ἔρρει Ἴλιον concedendi causa. fr. 149,1.:

φορεῖτε, μασσέτω τις, ἐγχείτω βαθὺν
κρατῆρ'.

fr. 162,2. 307,2. 441, siquidem duo haec enuntiata ex uno eodemque versu sumpta sunt. fr. 482,2.

Cap. II.

De asyndeto sententiarum disiunctivo.

Iuste ac legitime ea ratio, qua ex duabus vel pluribus sententiis unam esse sumendam indicetur, significatur particulis ἤ-ἤ vel πότερον-ἤ vel εἴτε-εἴτε, similibus.

In nostram autem quaestionem interrogationes tantum cadere videntur sive rectae seu indirectae, verae rhetoricaeve; atque asyndeto admisso impellimur, ut consideremus accuratius res ipsas earumque et commoda et incommoda inter

se comparemus. Atqui omnino satis raro particula omissa est. O. R. 1391: Oedipus postquam dixit, quibus de causis se occaecasset et se, si fieri posset, auditus quoque fontes obstruere cupere, vitae suae tempora maxime deploranda commemorat ac primum quidem illud, quo in Cithaerone expositus erat, dicit enim:

ἰὼ Κιθαιρών, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθύς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς; i. e.

cur me recepisti? aut cur receptum non statim occidisti?

O. C. 316. Ant. 229. 1229: »fecistine illud considerate an amentia captus?«

Cap. III.

De asyndeto sententiarum adversativo.

Opponuntur hoc genere sibi duae sententiae, quae oppositio plerumque exprimitur particulis ἀλλά, μέντοι, οὐδέ, aliis. Cum autem his voculis omissis e nulla re nisi e sensu intellegatur, opus est, ut in res ipsas diligentius inquiramus, quomodo inter se differant, cognituri. Idque opponitur rei alicui aut negatio eiusdem aut contrarium, quod multo saepius invenitur.

O. R. 350: postquam incusavit Oedipus Tiresiam, quod auctores caedis una subornavisset, ironice respondet Tiresias:

ἄληθες; ἐννέπω σε τῷ κηρύγματι
ᾧπερ προεῖπας ἐμμένειν, κἀφ' ἡμέρας
τῆς νῦν προσαυδᾶν μήτε τούσδε μήτ' ἐμέ,
ὡς ὄντι γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ μιάστορι.

Interrogatione ἄληθες (i. q. latinum »itane«) praecedentia quasi continentur, tum prorsus contrarium dicens Tiresias acerrimam oppositionem efficit. Ant. 758 ἀλλά legis, quia non adeo acriter sibi repugnant sententiae. Ar. av. 1606 particula γάρ causa inducitur. Contra Ar. Ach. 557 particula omissa est, quod sequens enuntiatum eandem ironiam exprimit accuratius explicatam. Ar. ran. 840 denique uno loco et hoc et oppositio illa consociatur.

O. R. 401: chiasmi figuram nota, qua contraria etiam magis premuntur. 540: dicit enim Oedipus non se esse stultum, sed Creontem. 871. O. C. 336:

ΟΙ. οἱ δ' αὐθόμαιμοι ποῦ νεανίαι πονεῖν;
ΙΣ. εἴσ' οὗπέρ εἰσι· δεινὰ τἀν κείνοις τανῦν.

Sic Dindorfius et Nauckius ex coniectura Schaeferi, qui scholiastae annotatione, νῦν δὲ τὰ ἐν ἐκείνοις δεινά ἐστιν nisus scripsit pro δεινὰ δ' ἐν κείνοις (ν ab S. inserto). Ego vero cum Wundero et Campbellio δεινὰ δ' ἐν κείνοις τανῦν retineo asyndeto sublato; nam et oppositio, quam inesse apparet, asyndeto magis acuitur quam pro sensu, et dicere vult Ismene: »ubi sint, id non refert, maxime est premendum mala esse apud eos;« quae ratio et doctissimos illos viros et scholiastam fugisse videtur. v. 365, quem affert Dindorfius, κακά substantivum esse puto, per attractionem in enuntiatum relativum transpositum. Alii postremo ἐν plane omittunt, quod falsum esse vix negaris. Aeque atque Aesch. Prom. 440 dicitur τὰ ἐν βροτοῖς πήματα, nostro loco offensioni esse non debet δεινὰ δ' (ἔστιν) ἐν κείνοις.

O. C. 787. Ant. 83. 1037. 1334. Ai. 470. Trach. 150: cf. v. 143. Phil. 1217:

ὦ πόλις ὦ πατρία,
πῶς ἂν ἐσιδοίμαν ἄθλιός σ' ἀνήρ,
ὅς γε σὰν λιπὼν ἱερὰν λιβάδ',
ἐχθροῖς ἔβαν Δαναοῖς
ἀρωγός· ἔτ' οὐδέν εἰμι.

Sic paucis mutatis Dindorfius et Nauckius et similiter Wunderus lectionem traditam retinens. Hartungius praetendens scholiastae verba ὅστις ποτὲ καταλιπών σε ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς Ἕλλησιν οὐκέτι οὐδέν εἰμι contendit illum ἔβαν non legisse, quare ἔβαν delens unum efficit enuntiatum. At licet necessarium non mihi videatur scholiastam ἔβαν non legisse reiciamque Hartungii coniecturam, tamen aliud aliquid ex scholiastae verbis consequi puto et ex sensu, quod Hartungius quoque sensit; ideo enim Philoctetes se miserum

esse dicit, quod tantum differt praesens eius status a pristino; neque omnino enuntiatum relativum solum cum principali artius cohaeret, cum ne causam quidem afferat. Quas ob res equidem non deleo ἔβαν, sed ἔτ' οὐδέν εἰμι, commate ante ἔτ' posito, enuntiati relativi partem esse volo.

fr. 377: locus neque integer est neque ego habeo, quod proponam pro certo; sensus autem is esse videtur: »infelici una nox innumeras aequat, felicem tempus praetervolat inscientem.

Cap. IV.

De asyndeto sententiarum causali.

Huc non solum ii loci censendi sunt, ubi sententiae praecedentis sequens causam affert, sed etiam ubi prior posteriore explicatur accuratius.

§ I. Asyndeton, quod proprie dicitur, causale.

Subsequens enuntiatum causam affert, cuius rei permulta exempla exstant. Discernere autem duas rationes, secundum quas causa exponitur, aut cur sententia antecedens vera sit aut cur quis quid dixerit vel interrogaverit vel iusserit vel exclamaverit, nihil expedit, quod ad nostram quaestionem attinet, praesertim cum particulis tale discrimen non exprimatur ac nonnunquam perdifficile sit certe diiudicare.

Plerumque γάρ usurpatur, satis raro δὲ vel καί. Omissis vero coniunctionibus res ipsae sibi opponuntur, quo intellegamus, quantopere nos causa ad dicendum vel interrogandum vel iubendum impellat aut quam vera sit antecedens sententia. Nec vero huc referendae sunt eae exclamationes, ut iam supra dixi, quae orationi inseruntur, quin propriam sententiae vim contineant. Ac videbimus pronominibus τοιοῦτος, τοιόσδε, similibus non solum amplificationem indicari, sed etiam causam haud raro induci; quo magis demonstrativum illud Gollwitzeri genus reprobandum mihi videtur.

O. R. 153:

ὦ Διὸς ἁδυεπὲς φάτι, τίς ποτε τᾶς πολυχρύσου
Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας
Θήβας; ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα, δείματι πάλλων.

»Pendeo animo anxio, metu palpitans«; quibus verbis affirmat chorus, cur tam impatienter quaesierit.

319: ὡς exclamantis, non affirmantis est.

391: quae v. 390 interrogatione rhetorica pronuntiantur posteriore membro probantur. 415:

σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις ἵν' εἶ κακοῦ,
οὐδ' ἔνθα ναίεις, οὐδ' ὅτων οἰκεῖς μέτα.
ἆρ' οἶσθ' ἀφ' ὧν εἶ; κτλ.

Hic locus certissime comprobat ἆρα particulam idem non esse quod ἄρα accentu fortiore praeditum, quod non pauci viri doctissimi contendunt. Hermannus[1]) autem docuit vim non esse eandem; ac recte, nam et nonnunquam aliae particulae, velut δὲ, οὖν, cum ἆρα coniunctae inveniuntur, quod necessarium non esset, si idem etiam fortius valeret quod ἄρα, neque omnibus locis sensus concludendi inest. Immo arbitror equidem ἆρα ab eadem quidem radice, unde ἄρα, ducendum esse, scil. ΑΡ. et aeque atque hoc primo notionem insperati expressisse, postea autem et explicandi et concludendi vice perfunctum esse. Nam ne ἄρα quidem ubique concludentis est, sed nonnunquam explicantis, ut persaepe in γάρ, quod ex γὲ et ἄρα compositum esse constat. Particulae ἆρα autem quamquam firmatae, quoniam accentum interrogandi accepit, propria vis valde debilitata est ac saepe plane evanuit, ita ut pro particula coniunctiva non sit habenda. Sensus autem talium enuntiatorum est mirantis vel indignantis vel omnino commoti animi. Neque vero ἆρα admittendum est nisi in interrogationibus et exclamationibus. Similiter intellegendum videtur ἄρα, quod legis Thuc. I. 97. 7, ubi vel in enuntiato condicionali usurpatur; ac conferas, quaeso, latinum »ergo« Hor. carm. I. 24. 5.

---

[1]) praef. ad O. C. XVI.

O. R. 466. 596. 600. 744, ubi causam afferri antecedentis exclamationis apparet; Iocaste enim cum Laium descripserit, dicit Oedipus:

οἴμοι τάλας· ἔοικ' ἐμαυτὸν εἰς ἀρὰς
δεινὰς προβάλλων ἀρτίως οὐκ εἰδέναι.

746: πῶς φῄς; ὀκνῶ τοι πρός σ' ἀποσκοποῦσ' ἄναξ. Particula τοὶ, quae haud raro invenitur, asyndeton non delenit, ut Zielio videtur, sed restringit vim plerumque unius vocis, rarius totius enuntiati.

873. 893. 947. 1061. 1213. 1306. 1460. 1469. 1493:

ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμὰς,
τίς οὗτος ἔσται; τίς παραρρίψει, τέκνα, κτέ.

Ac recte Hermannus refutat opiniones eorum, qui alterum τίς aut pro ὃς accipiendum aut falso scriptum esse existimant, Wunderi, Herwerdenii, Nauckii, aliorum, cl. Theocr. idyll. XVI. 13:

τίς τῶν νῦν τοιόσδε; τίς εὖ εἰπόντα φιλασεῖ;

Atqui Hermannus et ipse errare mihi videtur putans elegantius tantum esse τίς iteratum, et Dindorfius, qui commate interposito indicat se arte haec coniungere. Immo, aeque atque apud Theocritum τοιόσδε, nostro loco οὗτος ad praecedentia spectat, quare suppleas ὁ γήμας vel ὥστε γῆμαι; sequentibus autem causa continetur: »neque enim quisquam tantum dedecus accipere volet.«

O. C. 247. 317. 319. 649. 726. 741. 842: σθένει cum Dindorfio idem valere quod »robore« malo quam cum Nauckio »valet« vel cum aliis »vi«; cf. fr. 830. O. C. 947:

τοιοῦτον αὐτοῖς Ἄρεος εὔβουλον πάγον
ἐγὼ ξυνῄδη χθόνιον ὄνθ', ὃς κτλ.

τοιοῦτον licet antecedentia comprehendat, tamen causalem sententiam inducit. 1053, nisi forte quispiam ἔνθα relative perceperit. 1065: proposuerim, quod mihi in mentem venit, ᾗ 'που (sc. ᾗ ὅπου) pro ἤ που, quo facto εἴην ex superioribus supplendum est et adicitur, cur cupiat chorus. ἁλώσεται aut ad Creontem aut ad hostem aut ad generale aliquod subiectum refertur aut mutatur; equidem generale quoddam subiectum praefero.

1132: recipio enim cum Hermanno ac plerisque ceteris editoribus πῶς σ' pro πῶς δ', quia et γὰρ requiritur et subiectum verbi θιγεῖν.

1187. 1192. 1375. 1420. 1452. 1628. 1695. 1702:

πόθος καὶ κακῶν ἄρ' ἦν τις
καὶ γὰρ ὃ μηδαμὰ δὴ τὸ φίλον φίλον,
ὁπότε γε καὶ τὸν ἐν χεροῖν κατεῖχον.
ὦ πάτερ, ὦ φίλος,
ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος·
οὐδὲ γέρων ἀφίλητος ἐμοί ποτε
καὶ τᾷδε μὴ κυρήσῃς.

Dindorfius ratus v. 1702 explicationem contineri verborum ὦ πάτερ, ὦ φίλος cum Wundero Hermanni coniecturam recipit γὰρ ὤν; Nauckius scribit cum Elmsleio θανών. Ego vero cum Campbellio γέρων retineo. Nam verba ὦ πάτερ, ὦ φίλος explicatione non egere neminem fugiet; immo est causa versus 1697 et οὐδὲ omnino respondet particulae καί. Dicit ergo Antigone: »etenim, quod nequaquam gratum est, erat gratum, donec te manibus tenebam, neque unquam nobis senex non amatus eris«. Quam parum autem senectus grata esset, chorus paulo ante copiose depinxit; neque Antigone nisi de statu aliquo excogitato loquitur; cf. 1697. Asyndeton igitur non exstat.

1776. Ant. 72. 86. 124. 284. 334. 498. 504. 547. 553. 559. 611. 699. 959. 997: ὡς exclamentis est.

Haud raro fulciendo enuntiato alicui inservit sententia generalis particula non adhibita. Ant. 1025:

ἐκεῖνος οὐκέτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκῆται μηδ' ἀκίνητος πέλῃ.
αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.

1030. 1214. 1288. 1297. 1345, ubi πάντα γὰρ omitti velim, ut docui cap. I. § I.

Nonnunquam sententia aliqua firmatur collatione e rerum natura sumpta, cuius alterum membrum aut principali illi cogitationi simile aut plane ex illa supplendum est, ut Ant. 712. Ai. 77:

ΑΘ. τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν;
ΟΔ. ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ καὶ τανῦν ἔτι.

De verbis πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν magna adhuc est dissensio inter viros doctos: Scil. Hermannus, Dindorfius, Lobeckius, Seyffertus cum scholiis vertunt »mortalis«; Hartungius explicat sic »er ist jetzt kein grösserer Held als früher; Nauckius »sei doch Ajax derselbe Mensch, der er früher gewesen, wo Odysseus vor ihm nicht gebangt habe«; Wunderus »vir fortissimus, quem non formidasti«. Alii denique sententiam interruptam continuari ab Ulixe putant, quibus ego quoque astipulor, cum nulla alia versio sensui sufficiat; immo Minerva indignata, quod Ulixes pertinaciter quominus Aiacem videret recusabat, eum monere vult: Ulixem antea ei infestum fuisse, cur ergo dehonestati illius aspectum fugiat? Continuari autem sententiam ab Ulixe, ita ut Minerva in animo habuerit, ex v. 79 elucet; timorem autem ei opprobrio facit dea v. 81 demum.

Ai. 119. 218. 227. 228. 252. 270. 345. 386. 463. 520. 560. 562. 580. 581. 586. 589. 635: asyndeton non exstat; neque enim est, cur cum Elmsleio et Dindorfio pro γὰρ scribas παρ', si respicias Iliad. XXIII. 244. Ai. 668. 706. 707. 714. 811. 850. 901. 920. 921. 929. 962. 970. 988. 1008. 1087. 1102. 1280. 1288. 1291. 1353. El. 61:

δοκῶ μέν, οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.

At in sententiam Steinhartii, Nauckii, Jahnii concesserim, qui versum spurium esse ducunt; nam v. 62 optime versui 60 annectitur et δοκῶ μὲν sententiae generali praepositum offendit me, praesertim cum in exemplis a Schneidewino allatis fere ubique modeste respondentis vel opinionem de alius alicuius verbis factisve afferentis sit, et v. 62 causam continet versus 60, nec vero versus 61.

174. 198. 214. 322. 354. 397: Wolffius adversativam esse vim contendit; at σὺ non pronomini ἐμοὺς opponitur, sed praecedentibus verbis.

415. 534. 539. 591. 916. 921. 928. 997. 1015. 1052. 1112. 1115: cum Neuio aliisque post ἐκεῖνο interpungo.

1269. 1368. 1386. 1419. 1435. 1470. 1499. 1504. Trach. 34. 46. 306. 319. 427. 459. 813. 852. 973: causa exclamationis. 1003. 1007. 1008. 1022. 1131. 1145. 1255. Phil. 79: affirmandi gratia causa repugnans refutatur.

234. 473. 475. 480. 507. 553. 583, 667. 686, ubi affirmat chorus, cur paulo ante dixerit ὠλέκεθ' ὧδ' ἀτίμως, quare Hermanni coniectura τόδε δ' αὖ θαῦμά μ' ἔχει minus mihi probatur quam Erfurdtii et Dindorfii τόδε τοι θαῦμά μ' ἔχει pro τόδε θαῦμ' ἔχει με.

774. 801. 810. 837. 894. 931. 963. 970. 1003. 1031. 1155. 1160. 1209. 1350. 1352: ut paulo ante enuntiato relativo sic nunc forma interrogativa causas affert, quae utrique consilio obstent. fr. 63,1. 102. 104. 105,2: atqui nescio, quid sibi velit τὲ particula 107,1.3. 149,2. 162,3. 205,2. 236,3. 327. 411,1. 421,3: quamquam locus non est integer; Bekkerus[1]) scripsit ἐκθάλπεται pro εἶθ' ἅλλεται. 513. 632,2. 678,13,14. 691,2. 696,3. 698. 757,3.

§ II. Explicativum.

Differt hoc genus a cognata copulativi parte eo quod non solum repetuntur antecedentia sequentibus, sed etiam explicantur accuratius, ita ut aut dividatur prior sententia in partes vel describatur aut una tantum vox plerumque obiecti vice fungens, posteriore enuntiato illustretur. Particulam si adhibeas, ubique fere γὰρ usurpaveris; asyndeto autem admisso indicatur priora prorsus eadem esse sensu quae posteriora.

A. Tota aliqua sententia sequentibus multo accuratius exprimitur, idque vel res in partes vel genus in species dividitur vel, quod antea obscurius dictum est, postea magis dilucide indicatur.

O. R. 538: num recte Ritterus hos versus repudiet valde haesito. 623. 897:

εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν;

---

[1]) Anecdota p. 40,20.

οὐκ ἔτι τὸν ἄθικτον εἶμι γᾶς ἐπ' ὀμφαλὸν σέβων
οὐδ' ἐς τὸν Ἀβαῖσι ναὸν κτέ.

Apparet duos primos versus, quibus stropha clauditur, sequentibus lineis antistrophi copiosius exponi.

1044. 1496. O. C. 316. 345. 610. 822: alterum membrum est supplendum:

ἰὼ ξένοι, τί δράσετ'; ἢ προδώσετε
κοὐκ ἐξελᾶτε τὸν ἀσεβῆ τῆσδε χθονός;

1254. 1400: legitur ἆρα. Ant. 9: antecedentibus Antigone nihil nisi scire vult, noritne Ismene Creontis edictum; ipsa enim novit. 24. Ai. 104: Wolffius et Seyffertus delent comma rati Minervam probrum Ulixi illatum tacite reprimere; tum vero ἔγωγε maiorem vim obtinere mihi videtur, quam ut Aiacis suspicionem fugiat; quare cum ceteris interpungo, praesertim cum haec ratio respondendi sit creberrima.

Ant. 296. 377. 673. 952. Ai. 289. 460. 518: cf. 514. 622: cf. 615 et 641. 670. 791. 840: furiis invocatis pergit sic Aiax:

καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
ξυναρπάσειαν, ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

Siquidem genuini sunt hi versus, non cum Hermanno et Seyfferto duplicem apodosim statuerim, sed scripserim cum hoc ἐγγενῶν pro ἐκγόνων, quia neuter Atrides per suos ipsius natos occidit. At licet et scholiasta et omnes fere editores spurios ducant versus et revera habeant, quo offendantur, tamen haud statim in sententiam eorum concesserim; nam fac recte se eam habere, tum mirum esset, quod vox Ἐρινύες bis intra tres versus binis attributis praedita esset, tum eo offenderer, quod Atridarum ut summis probris dignorum mentione facta, furias non oraret, ut hos ulciscerentur, sed totum exercitum.

921. 1024. 1280.

Haud raro respondendi particula toto aliquo enuntiato circumscribitur, velut El. 82. 312:

ΧΟ. φέρ' εἰπὲ, πότερον ὄντος Αἰγίσθου πέλας
λέγεις τάδ' ἡμῖν ἢ βεβῶτος ἐκ δόμων;
ΗΛ. ἦ κάρτα. μὴ δόκει μ' ἂν, εἴπερ ἦν πέλας,
θυραῖον οἰχνεῖν. νῦν δ' ἄγροισι τυγχάνει.

403. 535. 701. 1151. 1294, ubi legis enuntiata relativa. 1493. Trach. 56. 311. 316. 507. 517. 685: atqui cum Wundero ceterisque reiciam v. 684. 977. 1066. Phil. 287. 397. 523. 601. 617: de anacolutho admisso cf. Krüg. I. § 54. 6. 4 et Aesch. Ag. 606.

908, ubi interrogatio dubitativa dividitur in duas, quarum alterutra reticetur.

976: ἆρα nequaquam est concludentis. 992. 1265: explicatur autem v. 1264, cum verba κακὸν τὸ χρῆμα solo terrore aspecti Neoptolemi eliciantur. 1350. 1365: asyndeton tollitur, si versus duos post συλῶντες cum Brunckio ceterisque reiciamus, quod mihi probatur. fr. 239,3.

B. Unum quoddam verbum prioris enuntiati posteriore explicatur, idque plerumque obiecti vel adverbii vice fungens; vel, si mavis, quod sensu obiectum est, antea iam voce aliqua indicatur. Haec autem vox solet esse pronomen demonstrativum, quod haud raro aut post relativum excidit aut ex antecedentibus est supplendum; rarissime substantivum vel adiectivum invenitur. Usus vero particulae et ratio asyndeti eadem sunt atque generis modo tractati.

O. R. 95:

λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ
μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
ἐν τῇδ', ἐλαύνειν μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.

Proprium ergo obiectum post relativum, ut saepe fit, excidit. v. 224. 236. v. 413 (cf. 408):

εἰ καὶ τυραννεῖς, ἐξισωτέον τὸ γοῦν
ἴσ' ἀντιλέξαι· κτλ.
σὺ καὶ δέδορκας κοὐ βλέπεις, ἵν' εἶ κακοῦ.

Hoc ergo loco parenthesi interposita adiectivum ἴσα sequentibus exponitur.

449:

εἰπὼν ἄπειμ', ὧν οὕνεκ' ἦλθον, οὐ τὸ σὸν
δείσας πρόσωπον· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπου μ' ὀλεῖς.
λέγω δέ σοι· τὸν ἄνδρα τοῦτον, ὃν πάλαι κτλ.

Justum obiectum verbi λέγω sumendum mihi videtur e verbis ὧν οὕνεκ' ἦλθον.

543: explicatur ὡς ποίησον. 687:

ὁρᾷς, ἵν' ἥκεις; ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνὴρ
τοὐμὸν παριεὶς καὶ καταμβλύνων κέαρ.

Hartungius et, qui eum secuti sunt, Ritterus, Herwerdenius, Dindorfius, rati tria haec participia inepte coniungi, mutant ea in verba finita παρίης καὶ καταμβλύνεις; at falso, cum participia diversas rationes exprimentia haud raro sine particula consocientur.

701: Κρέοντος respondet pronomini ὅτου.

774. 1122. O. C. 54. 75: verba ἐπείπερ-δαίμονος cum plerisque ad sequentia refero; Nauckius inanibus de causis spuria esse haec verba putat.

599: οὕτως praecedit. 784. 992: ἓν explicatur. 1292. 1402:

οἷον ἆρ ὁδοῦ τέλος
Ἄργους ἀφορμήθημεν, ὢ τάλας ἐγώ,
τοιοῦτον οἷον οὐδὲ φωνῆσαί τινι
ἔξεσθ' ἑταίρων, οὐδ' ἀποστρέψαι πάλιν κτέ,

ubi οἷον sequentibus illustratur.

1520. Ant. 194. 1244. Ai. 95. 228. 442. 664: subiectum exponitur. 826. 1029. 1140. El. 317:

ΗΛ. ὡς νῦν ἀπόντος ἱστόρει τί σοι φίλον.
ΧΟ. καὶ δή σ' ἐρωτῶ· τοῦ κασιγνήτου τί φῄς,
ἥξοντος ἢ μέλλοντος, εἰδέναι θέλω.

Sic cum Wundero et Wolffio interpungo equidem statuens obiectum verbi ἐρωτῶ non sequentibus contineri, sed praecedentibus et explicari verbis τοῦ κασιγνήτου τί φ. ἥξ. ἢ μ., εἰδ. θέλω. Dindorfius falso, ut videtur, post ἐρωτῶ comma ponit et ante εἰδέναι θέλω signum interrogandi; nam εἰδέναι θέλω a ceteris seiunctum multo fortius est quam pro chori adversus regis filiam reverentia. Quam ob causam et Nauckius

et Jahnius errant, qui τί φῄς κτλ. neque ab ἐρωτῶ neque ab εἰδέναι θέλω pendere volunt.

Trach. 54. 476. 750. 1117. 1130:

ΗΡ. λέγ', εὐλαβοῦ δὲ μὴ φανῇς κακὸς γεγώς.
ΥΛ. λέγω. τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής.

Nam verba τέθνηκεν ἀ. ν. obiectum non esse verbi λέγω ex versu antecedente dilucide apparet, ubi λέγ' non minus absolute est positum quam altero versu λέγω.

1222. Phil. 72. 301. 333: quoniam ἦ est recte interrogantis, antea fortius interpungendum videtur. 436. 591. 604. 661. 688: πῶς particula apud posteriores demum scriptores indirecte interrogatur. 941: τάδε illustratur. 1172: παλαιὸν ἄλγημα, i. e. quod postulant, ut Troiam veniat. 1316. fr. 153, ubi obiectum enuntiatis pendentibus explicatur:

ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδὲν, οὔθ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονὸς
οὔθ' ὡς κτλ.

fr. 176,2.

Cap. V.

De asyndeto sententiarum consecutivo.

Contrarium hoc genus est ei, de quo modo diximus. Nam cum plerumque sententia causalis subsequatur itaque maiorem vim obtineat, nunc ratio invertitur ita, ut enuntiatum consecutivum magis prematur. In particulis ducas ἄρα, νῦν, οὖν, τοίγαρ, alias. Atqui ἄρα non ubique est concludentis, sed nonnunquam explicantis non minus quam γὰρ particulae etiam consecutiva vis invenitur. Causa vero asyndeti eadem est, quae causalis, itidemque divisio.

§ I. Genus, quod proprie nominatur, consecutivum.

Posteriore sententia indicatur, quid consequatur ex iis, quae antecedentibus dicta sunt, vel inde, quod quis ea dixit. Huc referas eos quoque locos, ubi causa alteri enuntiato inserta aut esse videtur aut revera erat primo quidem, sed postea plane cum eo coaluit, ita ut non iam sentiamus; praecipue post vocativos, ἀλλά. Ac si Hartungium sequaris,

invenies γὰρ particula saepissime non coniunctionem sententiarum, sed rationem earum exprimi. Quare haud raro γάρ, quod nostrum »ja« fere aequat, cum aliis particulis coniunctivis coniungitur, καί, ἀλλά, ἀλλά-οὖν, δέ. Accedit, quod saepe membrum consecutivum omnino deest, velut O. C. 1615, ita ut inserta causa esse nequeat, sed ἀλλὰ exprimat causam afferendam antecedentibus opponi et γὰρ accuratius tantum significandi gratia vel quadam cum neglegentia praemissae causae adici. Quod si alterum quoddam membrum subsequitur, particula consecutiva opus est, ut O. C. 755.

O. R. 332:

ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦτ'
ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

Primum scil. quod enuntiatum pronuntiavit, non unius alterius, sed amborum sequentium causam indicat.

Digna, quae exemplo illustretur, ea quoque dicendi est ratio, qua altera sententia per πρὸς ταῦτα vel π. τάδε annectitur; quo facto significatur antecedentibus certum aliquod consilium factumve inesse, quod nulla re mutandum sit, quidquid inde efficiatur vel quidquid obnitatur adversarius. Sic recte explicare videntur Wunderus et Herwerdenius; cf. Herm. ad Vig. p. 863. Matth. § 591. p. 1181.

O. R. 343:

οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι. πρὸς τάδ', εἰ θέλεις,
θυμοῦ δι' ὀργῆς ἥτις ἀγριωτάτη.

cf. 426.

510. 637. 822. Saepe consecutionis forma est imperativa vel optativa, ut O. R, 830:

μὴ δῆτα μὴ δῆτ', ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας
ἴδοιμι ταύτην ἡμέραν, ἀλλ' κτλ.

979. 1183. 1211: ego a πῶς sententiam consecutivam ordiri velim proxime antecedentia ad vv. 1204 seq. referens, explicandi causa adiecta. Nam si, ut alii, cum v. 1211 coniungas, huic causam inesse putandum tibi est versus 1204; atqui non est causa ea, quod eum tacite tulerunt arva paterna, sed quod omnino receperunt; id autem enuntiato relativo exprimitur.

1216. 1340. O. C. 166. 455: πρὸς ταῦτα. 753. 791. 956: cf. 455. 1034. 1081. 1112. 1176. 1469. Ant. 150: ἀλλὰ γὰρ praecedit.

Saepe sententia generalis praemissa in singularem quandam rem vel personam vel tempus confertur; Ant. 374:

ὑψίπολις ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι τόλμας χάριν.
μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
γένοιτο μήτ' ἴσον φρονῶν, ὃς τάδ' ἔρδει.

405. 458: cf. 453. 593. 604. 658. 677: οὕτως. 885. 960: Lycurgus scil. cum antea Bacchum non ut deum agnovisset, nunc coactus est carcere eum agnoscere, quia eum tali modo lacessebat; ergo τὸν θεὸν pendere videtur ab ἐπέγνω, praesertim cum ψαύω cum accusativo certis exemplis firmari nequeat. 1140. 1276: nisi forte inserta sit exclamatio. Ai. 252. 341: ποῦ ποτ' εἶ; 477. 854. 966:

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι, πρίν τις ἐκβάλῃ.
ἐμοὶ πικρὸς τέθνηκεν ἢ κείνοις γλυκύς,
αὑτῷ δὲ τερπνός. ὧν γὰρ ἠράσθη τυχεῖν
ἐκτήσαθ' αὑτῷ, θάνατον, ὅνπερ ἤθελεν.

Sic codices; at si ἢ recipiamus et cum Hermanno aliisque μᾶλλον ante ἢ supplendum statuamus, quod mihi dubitatione vacare non videtur, offendit nos, quod Tecmessa suum dolorem cum gaudio illorum comparat, praesertim cum antecedentem sententiam generalem respicis. Quare cum plerisque locum integrum esse nego. Dindorfius tres ultimos versus delet et propter inaequalitatem quandam trimetrorum rythmicam et logicis de causis; nec vero intellego, qui hi versus interpolati sint. Coniecturas autem doctorum virorum fere innumeras enumerare longum est; mihi vero his versibus contineri videtur, quid ex v. 964 consequatur, simul amplificatum verbis ἐμοὶ πικρὸς, quae explicatione non egent, et verbis αὑτῷ δὲ τερπνὸς, quorum causa subsequitur. Quare proposuerim οὐ pro ἢ, quo facto asyndeton enumerativum exsistit, quo nequaquam offenderis; tertium autem membrum

duobus primis fortius opponi, sed non par esse unicuique particula usurpata indicatur.

971. 1026. 1034. 1087: ante πρόσθεν asyndeton intellegas. 1100. 1115. 1158. 1192. 1217. 1229. 1238. 1239. 1259. 1282. 1304. 1313. El. 80. 126. 144. 239. 291. 345. 351. 383. 446. 479. 495: πρὸ τῶνδε non cum Dindorfio verterim »quamobrem« neque, ut alii, coniunxerim cum πελᾶν τέρας, sed idem mihi videtur quod »quibus rebus respectis«; quo autem modo locus non satis integer sanandus sit, haud discreverim.

504. 605. 790. 814. 816. 820. 925. 946. 1003. 1066. 1131. 1143. 1282:

ὦ φίλαι, ἔκλυον ἂν ἐγὼ οὐδ ἂν ἤλπισ' αὐδάν.
ἔσχον ὀργὰν
ἄναυδον οὐδὲ σὺν βοᾷ κλύουσα
τάλαινα. νῦν δ' ἔχω σε·

Haec verba omnes fere editores magnopere corrupta esse censent, rati ἔσχον ὀργὰν nullo modo cum antecedentibus cohaerere et plura excidisse. Atqui recte iam Wunderus cognovisse videtur posteriore enuntiato apodosim contineri et optime Hermannus de voce ipsa Orestae, non de fama mortui Orestae cogitavit, ita ut sensus hic fere sit: »antea audivi, quam non speravissem, vocem, quare animi motum (sic ὀργὰν intellege, non »iram« vel »dolorem«) retinui tacitum neque cum clamore accipiens, nunc autem manibus te teneo; Neque igitur intellego, quid obscuri insit huic loco; quare nego equidem quicquam excidisse, ut plerisque cum Hermanno videtur.

1353. 1474. Trach. 484. 655. 856. 970. 1109. 1221. 1236. Phil. 142: de τὸ pro τῷ cf. Krüg. II. § 50. 1. 4. 146, ubi νῦν μὲν non iam cum enuntiato consecutivo, sed cum praecedente confundendum est. 176. 180. 587. 667. 671:

θάρσει, παρέσται ταῦτά σοι καὶ θιγγάνειν
καὶ δόντι δοῦναι κἀξεπεύξασθαι βροτῶν
ἀρετῆς ἕκατι τῶνδ' ἐπιψαῦσαι μόνον.
εὐεργετῶν γὰρ καὐτὸς αὔτ' ἐκτησάμην.

οὐκ ἄχθομαί σ' ἰδών τε καὶ λαβὼν φίλον.
ὅστις γὰρ εὖ δρᾶν εὖ παθὼν ἐπίσταται,
παντὸς γένοιτ' ἂν κτήματος κρείσσων φίλος.

Ac tres ultimos versus Wunderus secutus Doederlinum Neoptolemo attribuit, ratus convenire tale lepidum genus iuveni a Philocteta datam occasionem ludenti. Nec vero nisi paene coactus Philoctetam decepit, quare tam inania verba pronuntiasse statuendus non est, tum Neoptolemus non εὖ παθὼν dici potuit, denique hic haud adeo aperire debebat, quantopere ipsius interesset, ut Philoctetam amicum sibi compararet, suspicionis vitandae causa. Alii editores, ut Dindorfius et Nauckius, hos versus spurios esse contendunt et deleri volunt, arbitrati eos esse adiectos, ut praecedentis sensus sententiae amplificaretur. At vero quid sibi vellet v. 670, si hos tres versus reiceres? Quin etiam solus per se sensui non convenit. Ego puto, maxime premi καὐτὸς, ut significetur Neoptolemum, si officium illud praestitisset, arcum comparaturum sibi, sicut Philoctetes ab Hercule acceperit; neque igitur ad priora spectat καὐτὸς, cum antea prorsus non de tali re dictum sit, sed ad sequens quiddam. Ac sensus hic fere est: »nam et ipse bene faciens arcum acquisivi; proinde graviter non fero, quod te vidi amicumque acquisivi; quicunque enim bene passus bene facere scit (sc. ut ego sciam Herculis exemplo doctus), cuivis possessioni est praeferendus.«

836. 862: locus obscurus mihi videtur, nisi forte cum Hermanno scribam βλέπ' εἰ pro βλέπει. 874. 924. 949. 951. 961.

ὄλοιο μήπω, πρὶν μάθοιμ', εἰ καὶ πάλιν
γνώμην μετοίσεις· εἰ δὲ μή, θάνοις κακῶς.

Cum exsecratio, quae his verbis inest, priore enuntiato sub condicione quadam tollatur vel corrigatur, cum Schaefero et Nauckio lineola interposita scripserim: ὄλοιο—μήπω. Reisigius[1]) cl. Eur. Med. v. 82 (ὄλοιτο μὲν μή) id reprobans consentientibus Hermanno et Dindorfio docet quidem negationem

[1]) Reisig. Coniect. I. 64.

tali exsecrationi postponi posse; sed nostro loco ex antecedentibus nihil consequi posse nisi meram exsecrationem apparet.

1019. 1035. 1060. 1072. 1119. 1229. fr. 94,5. 152,4. 337,3. 470,3. 588,8. 622,1. 769,3.

§ II. Genus comprehensivum.

Quae iam accuratius effusiusve dicta sunt, iterum breviter pronuntiantur vel partes rei cuiusdam tota re, species universo genere comprehenduntur. Idque maxime efficitur pronomine demonstrativo, οὗτος, τοιοῦτος, τοιόσδε, τοσοῦτος, rarius aliis verbis, velut πᾶς. Plerique vero, qui de asyndeto scripserunt, arbitrati sunt genus demonstrativum statuendum esse; at vidimus talia demonstrativa in diversissimis rationibus enuntiatorum usurpari, etsi per se antecedentia quaedam resumant.

O. R. 46:

νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι
ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμὶν, εἴτε του θεῶν
φήμην ἀκούσας εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά του·
ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.
ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν.

723. 1275. 1311. 1384. 1500. O. C. 62. 780. 1389. 1620. 1645. Ant. 37. 207. 360: recte Dindorfius παντοπόρος ad sequentem sententiam trahit, minus apte Nauckius, Hartungius, Campbellius ad praecedentia. Etsi conferunt hi viri cum περιφραδὴς ἀνὴρ, quod pro appositione positum antecedentia quodammodo claudit, tamen multo fortius est, si in uno enuntiato iuxta ἄπορος ponas, ita ut alterum appositionis alterum praedicati vice fungatur. Atque aequa ratione v. 370 ὑψίπολις cum ἄπολις coniungendum videtur; neque enim impedimento est, quod hac sententia approbata verba ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει non iam respiciuntur, cum de contrario tantum agatur.

Ant. 465. 700. 1012. 1084. Ai. 148. 277. 504. 519. 770. 780. 811. 831. 864. 969. 1021. 1156. 1180. 1298.

El. 50. 293. 546. 573. 591. 655. 761. 984. 1080. Trach. 169. 198. 449. 701. 807. 943. Phil. 175. 304. 314:

τοιαῦτ' Ἀτρεῖδαί μ' ἥ τ' Ὀδυσσέως βία,
ὦ παῖ, δεδράκασ', οἷ' Ὀλύμπιοι θεοὶ
δοῖέν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμοῦ παθεῖν.

τοιαῦτα scil. ad praecedentia spectat, non ad οἷ', siquidem id recte scripserit pro οἷς Porsonus et cum eo Dindorfius, quos offendebant coniuncta pronomina οἷς—αὐτοῖς. Mihi quidem opus non esse videtur hac coniectura, sed ne Hermanni quidem sententia, qua repetitio pronominis sit statuenda, mihi probatur; ac verterim »quibus—ipsis« et opposuerim non çognatis, sed Philoctetae ipsi. 832. 1060. fr. 678,15.

B. Aeque atque una vox sequentibus explicatur vel eadem quasi antecapit, haud raro antecedentia una voce comprehenduntur, sive pronomine demonstrativo seu vocula πᾶς seu aliis vocabulis; iisque solet obiectum vel adverbium vel praedicatum exprimi.

O. C. 480:

τοῦ τόνδε πλήσας θῶ; δίδασκε καὶ τόδε.

Quod si transponas duo haec enuntiata, simile illud genus asyndeti causalis est statuendum.

Ant. 402. 699: Haemon ex sermone pendente in rectum transit v. 696, ita ut v. 699 voce ἥδε antecedentia comprehendat. Ai. 148. 480. 776. 823. 1017. El. 424. Trach. 15. 150: vocula τότε antecedentia comprehenduntur. 540. Phil. 238. 241. 307. 389. 444. 620.

Pars II.

De asyndeto vocabulorum.

Licet propria eius natura eadem sit atque illius, de quo supra egi, tamen speciem aliqua ex parte diversam haud raro prae se fert, ita ut seorsim tractare cogar.

Atque asyndeta vocabulorum exstant, ubi duo vel plura vocabula inter se coordinata notione quidem cohaerent, particula autem non coniunguntur.

Hac de re raras tantum animadversiones in medium protulerunt viri docti.

Ac iam exponam, priusquam ad rem ipsam accedamus, quibus locis secundum hanc definitionem asyndeton non sit statuendum, quamvis exstare videatur.

Primo cum eiusmodi vocabula ad sensum totius sententiae attineant necesse sit, ad nostram quaestionem non spectant interiectiones enuntiato insertae, quae ex corporis aliquo dolore vel animi motu proficiscuntur; atque eadem haec causa efficit, ut saepissime vocabula bis terve iterentur. Nec vero exempla eius rei satis notae ut afferam, opus esse videtur.

Deinde asyndeti nomen admittendum non est nisi ubi vocabula, de quibus agitur, notione cohaerent; neglegendi ergo sunt ii loci, ubi substantivorum alterum vel subiecti vel, subiecto latente, appositionis, alterum praedicati vice fungitur.

Neque aliter est sentiendum, cum unum adiectivum attributivam, alterum praedicativam vim habet. O. R. 181. O. C. 716: ά δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἁλία χερσὶ παραπτομένα πλάτα θρώσκει. Dindorfius monet sic verba esse iungenda: ά δ' εὐήρετμος πλάτα ἔκπαγλα ἁλία (i. e. ἐν ἁλὶ) χερσὶ παραπτομένα θρώσκει.

Ac saepe talia adiectiva praedicative usurpata adverbiorum localium, temporalium, modalium loco ponuntur vel, quod verbo efficitur, iam antecapiunt, quae figura pro-

lepsis nominari solet. O. C. 948. 1236: πύματον. 1241. Ant. 360: παντοπόρος ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται. 370. 821. Ai. 47. 146. 597: εὐδαίμων est modale, ἁλίπλακτος locale, πᾶσιν περίφαντος ἀεὶ, siquidem ad pugnam navalem Salaminiam spectat, non praedicative, sed attributive cum σὺ coniungendum est. 931: πάννυχα καὶ φαέθοντα i. q. dies noctesque. El. 165. 488. 1386. Phil. 848: neque ἐν νόσῳ secundum Schaeferum cum πάντων est componendum, nec πάντων neutrius est generis pendens ex εὖ δρακεῖν, ut plerique volunt, sed masculini est et ἐν νόσῳ totam respicit sententiam: »omnium in morbo bene valet somnus insomnis cernere«.

Haud raro cumulantur adiectiva praedicative diversas rationes significantia.

Ai. 597. Trach. 376. 954: ἑστιῶτις est locale, ἔπουρος praedicatum ad γένοιτο referendum.

Trach. 650: δυστάλαινα appositive, πάγκλαυτος praedicative dictum est.

Abverbiorum asyndeton non esse apparet, cum non eidem verbo definiendo inserviunt vel cum diversas rationes exprimunt, loci, temporis, modi. At ne species quidem asyndeti exstat.

Participia particula non conectuntur, cum alterius vis est attributiva, alterius absoluta vel cum duo attributiva diversis enuntiati membris adiciuntur vel cum diversa tempora exprimunt, quod genus solum exemplis illustrabo. Ai. 303. Trach. 751. Phil. 63:

> οἵ σ' ἐν λιταῖς στείλαντες ἐξ οἴκων μολεῖν,
> μόνην ἔχοντες τήνδ' ἅλωσιν Ἰλίου,
> οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
> ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ.

ἐλθόντι scil. praecedat oportet participio αἰτουμένῳ.

Persaepe diversae rationes participiis non coniunctis indicantur, velut O. R. 1198:

> ὅστις — τοξεύσας ἐκράτησε — ὄλβου — κατὰ μὲν φθίσας κτέ.

ubi τοξεύσας modalem, φθίσας temporalem vim habere videtur. Similiter 1270. Ant. 112. 146: φύντε concessivum, στήσαντε modale est. 413. Ai. 56. 64, ubi ὡς ἔχων comparantis est.

147. 436. 659. El. 54. 166. 278. 687. 732. 735, ubi alterum modale, alterum causale est. 935. Trach. 29. 176. 910: εἰσορωμένη tempus, ἀγκαλουμένη modum exprimit. Phil. 59.

Pronomina quoque vel adverbia interrogativa diversi sensus in eodem enuntiato cumulantur, quin asyndeton exsistat. O. C. 1160:

ποδαπόν; τί προσχρῄζοντα τῷ θακήματι;

Immo me quidem iudice prius interrogandi signum delendum est.

Tum asyndeti nomen refutandum est, cum vocabula non coordinata sunt, sed alterum altero describitur. Idque occurrit, ubi substantivum substantivo pro appositione adicitur. Neque autem raro talis vocabulorum ratio quodammodo obscuratur, cum apud vocativos ὦ ante appositionem repetitur, cuius rei exemplum invenis El. 1227:

ὦ φίλταται γυναῖκες, ὦ πολίτιδες.

1354: ὦ φίλτατον φῶς, ὦ μόνος σωτὴρ δόμων
'Αγαμέμνονος, πῶς ἦλθες;

Atqui φῶς alii ad lucem diei referunt, ut Nauckius, Hartungius, alii ad personam ipsam, ut Schaeferus, Wunderus, Wolffius. Atque illi quidem nituntur maxime versu 1224 eiusdem fabulae, sed non recte; nam et v. 1224:

ΗΛ. ὦ φίλτατον φῶς. ΟΡ. φίλτατον, συμμαρτυρῶ.

personam dici putarim monens noti illius usus, quo, si quem cognatum amicumve post multum temporis rursus amplectimur, non lucem diei alloquimur, sed illum ipsum nominibus blandis salutamus; et voce συμμαρτυρῶ indicat Orestes »hac voce concino«. Phil. 530 afferri nequit; nam apparet hic seiungi diem, Neoptolemum, nautas eius particulis adhibitis; neque φῶς vel ἦμαρ de luce diei dici posse quisquam negabit. Nostro autem loco nec verba ὦ μόνος σωτ. δ. 'Αγ. nec πῶς ἦλθες apte ad diei lucem referuntur nec sequentia tam acriter a praecedentibus separata sunt, ut non eidem personae attribuantur. Ergo asyndeton non est, cum Nauckio iudice statuendum sit.

Trach. 61: ὦ τέκνον, ὦ παῖ.

Nonnunquam fit, ut substantivum cum appositione comprehensum altera quadam appositione describatur, ut Trach. 1092. 1099.

Adiectiva sine particula iuxta se ponuntur, cum alterum, adverbii loco usurpatum, alteri definiendo inservit; nec scio, an huc vergat Trach. v. 862: ἁ δ' ἀμφίπολος Κύπρις ἄναυδος φανερὰ τῶνδ' ἐφάνη πράκτωρ. Ac verterim sic fere: »Venus autem, quae tacita adiuvit, manifesta horum causa exstitit; ergo ἄναυδος pro adverbio adiectum est voci ἀμφίπολος. Similiter dicitur βαρὺς v. 1202. Phil. 1454.

Multo saepius unum adiectivum cum substantivo aliquo comprehensum altero describitur. Ac plerumque substantivi locus est medius inter duo adiectiva ita ut facile cognoscatur sensus; nec vero unquam asyndeton est. Sed haud raro adiectiva iuxta se ponuntur, cuius rei exempla afferam.

O. R. 161: scil. voce εὐκλέα celebratur κυκλόεντ' ἀγ. θρόνον. 472: Κῆρες ἀναπλάκητοι complectaris.

1350: ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας
νομάδ' ἐπιποδίας ἔλαβέ μ' κτλ.

Coniungo equidem πέδας ἐπιποδίας, pleonastice dictum pro »compes« ac definitum voce ἀγρίας; cum Elmsleio νομάδ' scribi velim pro νομάδος, cum scholiastae interpretationes aut »firmiter adhaerens« aut »compes pascua« mihi minus probentur, quam si vertas »me in pascuis (sc. expositum)«.

1395: τὰ πάτρια λόγῳ παλαιὰ δώμαθ' κτέ, i. e. antiqua domus, quae patria dicebaris, sed non eras.

O. C. 1056. 1672. Ant. 826: praestat ἀτενὴς cum κισσὸς coniungere quam cum πετραία βλάστα, praesertim cum attributo opus sit, quo tertium comparationis indicetur.

1292: τίνα λέγεις νέον μοι — σφάγιον — γυναικεῖον
ἀμφικεῖσθαι μόρον.

Rationem trium horum attributorum facile ex latina versione »novam mulieris caedem« cognoscas.

Ai. 195. 241: μέγαν ἱπποδέτην ῥυτῆρα λαβών; saepe enim in eo attributo, quod cum substantivo artius coniungendum est, notio illius cum alia aliqua componitur.

325: ἐν μέσοις e linguae usu pro μέσος ἐν. 608. 709. 1025. 1405: ἀμφίπυρον pro ἀμφὶ πυρὶ, cl. Hom. Il. XVIII. 343, dictum cum θέσθε coniungendum esse monet Wunderus. El. 722. 1085: coniecturis opus esse non videtur, cum et πάγκλαυτον αἰῶνα idem valeat quod μόρσιμον αἰῶνα, cl. Pind. Isthm. 6. 41, atque hoc idem quod θάνατος et κοινὸς sollemne sit epitheton orci et de morte sola cogitari potest, non de vita, ut vult Nauckius. 1104. 1387. Trach. 273: cf. Ai. 325. 478. 634. 1084. 1095: comprehendas ἱπποβάμων στρατός. 1165. 1197. Phil. 825: αἱμορραγὴς diserte ita compositum est, ut prior pars cum φλὲψ coalescat, altera notionem verbi repetat. 1009.

Aequo modo asyndeton non est statuendum, cum participium participio definitur. O. R. 1315: ex Hermanni perfacili coniectura ὂν addo; nec Wundero astipulor, praesertim cum et alio quodam loco ἀπότροπος cum Ἅιδης coniunctum legatur.

O. C. 175: πιστεύσας pendet ex μεταναστάς. 757. Ant. 117. 633. Ai. 467. El. 653. Phil. 266.

Postremo participium nonnunquam cum verbo finito comprehensum altero accuratius sine particula describi solet; de collocatione verborum idem observaveris quod apud adiectiva. O. R. 155:

ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα, δείματι πάλλων, —,
ἀμφὶ σοὶ ἀζόμενος κτέ.

Verbum finitum hic medium locum non obtinet; aliter se habet res 387. 1402:

οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν εἶτα δεῦρ' ἰὼν
ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις.

Cum particula εἶτα non ratio, quae inter participia intercedat, exprimatur, sed prius participium acriter resumatur, ἰὼν artissime cum ἔπρασσον est coniungendum.

O. C. 348. 915: cf. O. R. 1402: ἀφεὶς pendet ex ἐπεσπεσών. Ant. 532. 921, ubi simili modo interrogatio adicitur. Phil. 706.

Cum iam ii loci absoluti sint, ubi asyndeton vocabulorum esse videtur quidem, sed non est, accedamus ad asyndeta ipsa, quae eodem modo distinguam quo asyndeta sententiarum.

Cap. I.

De asyndeto vocabulorum copulativo.

Id genus ibi est statuendum, ubi duo vel plura vocabula sine ulla copula ita iuxta se posita sunt, ut aut variae quodammodo partes rei unius sint, i. e. enumerentur, aut prius posteriore non solum contineatur, sed etiam vel intendatur vel extendatur vel suppleatur.

§ I. Enumerativum.

Haud raro in enumerationibus particula asserens modo legitur modo deest, nonnunquam nulla causa dilucida intercedente.

Saepe etiam ad vim augendam vel gradatio accedit vel anaphorae figura; praecipue negatio vel extrinsecus vocabulo alicui adicitur vel cum eo plane coalescit.

O. R. 210: τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω | τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς | οἰνῶπα Βάκχον εὔιον | Μαινάδων ὁμόστολον | πελασθῆναι. Enumeratio ergo tribus membris continetur, quorum gravissimo clauditur; εὔιον artissime cum Βάκχον cohaeret et Μαινάδων ὁμόστολον praedicative est usurpatum pro σαῖς ἅμα περιπόλοις Θυίαισιν, quod legis Ant. 1150.

O. R. 301:

ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε
ἄρρητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ κτλ.

Bis igitur dividitur πάντα: prius in διδακτά τε ἄρρητά τ', tum in οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ; quae duae enumerationes particula non iunguntur, respondentque inter se τὲ-τὲ et τὲ-καί. O. R. 648. 661: ἄθεος ἄφιλος, i. e. sine diis amicisque. 1284: στεναγμὸς, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη. Quoniam asyndeton

325: ἐν μέσοις e linguae usu pro μέσος ἐν. 608. 709. 1025. 1405: ἀμφίπυρον pro ἀμφὶ πυρὶ, cl. Hom. Il. XVIII. 343, dictum cum θέσθε coniungendum esse monet Wunderus. El. 722. 1085: coniecturis opus esse non videtur, cum et πάγκλαυτον αἰῶνα idem valeat quod μόρσιμον αἰῶνα, cl. Pind. Isthm. 6. 41, atque hoc idem quod θάνατος et κοινὸς sollemne sit epitheton orci et de morte sola cogitari potest, non de vita, ut vult Nauckius. 1104. 1387. Trach. 273: cf. Ai. 325. 478. 634. 1084. 1095: comprehendas ἱπποβάμων στρατός. 1165. 1197. Phil. 825: αἱμορραγὴς diserte ita compositum est, ut prior pars cum φλὲψ coalescat, altera notionem verbi repetat. 1009.

Aequo modo asyndeton non est statuendum, cum participium participio definitur. O. R. 1315: ex Hermanni perfacili coniectura ὂν addo; nec Wundero astipulor, praesertim cum et alio quodam loco ἀπότροπος cum Ἅιδης coniunctum legatur.

O. C. 175: πιστεύσας pendet ex μεταναστάς. 757. Ant. 117. 633. Ai. 467. El. 653. Phil. 266.

Postremo participium nonnunquam cum verbo finito comprehensum altero accuratius sine particula describi solet; de collocatione verborum idem observaveris quod apud adiectiva. O. R. 155:

ἐκτέταμαι φοβερὰν φρένα, δείματι πάλλων, —,
ἀμφὶ σοὶ ἁζόμενος κτέ.

Verbum finitum hic medium locum non obtinet; aliter se habet res 387. 1402:

οἷ' ἔργα δράσας ὑμὶν εἶτα δεῦρ' ἰὼν
ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις.

Cum particula εἶτα non ratio, quae inter participia intercedat, exprimatur, sed prius participium acriter resumatur, ἰὼν artissime cum ἔπρασσον est coniungendum.

O. C. 348. 915: cf. O. R. 1402: ἀφεὶς pendet ex ἐπεσπεσών. Ant. 532. 921, ubi simili modo interrogatio adicitur. Phil. 706.

Cum iam ii loci absoluti sint, ubi asyndeton vocabulorum esse videtur quidem, sed non est, accedamus ad asyndeta ipsa, quae eodem modo distinguam quo asyndeta sententiarum.

Cap. I.

De asyndeto vocabulorum copulativo.

Id genus ibi est statuendum, ubi duo vel plura vocabula sine ulla copula ita iuxta se posita sunt, ut aut variae quodammodo partes rei unius sint, i. e. enumerentur, aut prius posteriore non solum contineatur, sed etiam vel intendatur vel extendatur vel suppleatur.

§ I. Enumerativum.

Haud raro in enumerationibus particula asserens modo legitur modo deest, nonnunquam nulla causa dilucida intercedente.

Saepe etiam ad vim augendam vel gradatio accedit vel anaphorae figura; praecipue negatio vel extrinsecus vocabulo alicui adicitur vel cum eo plane coalescit.

O. R. 210: τὸν χρυσομίτραν τε κικλήσκω | τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς | οἰνῶπα Βάκχον εὔιον | Μαινάδων ὁμόστολον | πελασθῆναι. Enumeratio ergo tribus membris continetur, quorum gravissimo clauditur; εὔιον artissime cum Βάκχον cohaeret et Μαινάδων ὁμόστολον praedicative est usurpatum pro σαῖς ἅμα περιπόλοις Θυίαισιν, quod legis Ant. 1150.

O. R. 301:

ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε
ἄρρητά τ' οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ κτλ.

Bis igitur dividitur πάντα: prius in διδακτά τε ἄρρητά τ', tum in οὐράνιά τε καὶ χθονοστιβῆ; quae duae enumerationes particula non iunguntur, respondentque inter se τὲ-τὲ et τὲ-καί. O. R. 648. 661: ἄθεος ἄφιλος, i. e. sine diis amicisque. 1284: στεναγμὸς, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη. Quoniam asyndeton

nunquam plus tria membra amplectitur, hoc loco duo sunt statuenda. Ac nescio an αἰσχύνη, quippe cui soli culpa quaedam insit, cum ceteris altero asyndeto coniungatur; et quamvis gradatione non careat, tamen quodammodo a ceteris est segregandum. Quamquam pro certo non habuerim.

1289. 1406: recte dicit Dindorfius αἷμ' ἐμφύλιον pariter et praecedentia et subsequentia spectare praedicati loco positum, et verterim »cognatum sanguinem«. Quamquam τὲ non μητέρας antecedentibus annectit, sed particulae καὶ respondet. Campbellius »cognatorum caedem (murder of kin)« interpretatur. 1506:

μή σφε περιίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐγγενεῖς ἀλωμένας.

Dindorfius pro ἐγγενεῖς scribit ἐκγενεῖς eodem illo usu, quo saepe tria adiectiva sine copula posita esse constat. At falso nostro loco adhibere videtur neque ulla alia coniectura opus esse, cum, ut recte commemorat Hermannus, non parem locum obtineat ac πτωχὰς—ἀνάνδρους, sed vel cum σφὲ iungendum vel cum ἀλωμένας, suppleto participio οὔσας. Ac ne verbis πτωχὰς—ἀνάνδρους quidem asyndeton insit necesse est, si suspicemur πτωχὰς pro substantivo esse usurpatum. O. C. 17. 107. 131. 162. 458: προστάτισι, si recte coniecerit Dindorfius, asyndeto non est annumerandum. 481. 676. 701. 710: δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος et χθονὸς αὔχημα μέγιστον sunt duae appositiones voci αἶνον adiectae, nisi cum Nauckio deleas posteriorem aeque ac v. 695 νάσῳ Πέλοπος πώποτε.

711: εὔιππον, εὔπωλον, εὐθάλασσον falso dicit Dindorfius cum Brunckio generis feminini esse hoc sensu: ματρόπολιν ἔχω εὔιππον κτέ.; immo suppleas αἶνον, cui optime respondet εὖ in his compositis. 751. 884. 973: οὔτε—οὐ. 1072. 1093.

1114: κἀναπαύσατον
τοῦ πρόσθ' ἐρήμου τοῦδε δυστήνου πλάνου.

τοῦδε nonnullis cum τοῦ πρόσθε πλάνου non congruere videtur, quare alii aliter coniecerunt, e. g. τόνδε δύστηνον vel τὸν πρόσθ' ἔρημον. Nec vero est, cur mutemus; nam et saepe

ὅδε media inter attributa inseritur, et accusativus personae in praecedente τῷ φύσαντι latet.

1222. 1234:

φόνοι, στάσεις, ἔρις, μάχαι καὶ φθόνος.

Apparet nec φόνοι primo nec φθόνος ultimo loco convenire. Ac si Faehsius[1]) transponere ea verba dubitat exempla opponens, ubi re et tempore posteriora prius ponuntur, equidem cum Nauckio has voces locum mutare velim, quod et nostro loco pluralis numerus cum singulari minus congruit et verbis μάχαι καὶ φόνοι optime in apertam et occultam partem ἔρις dividitur et totus hic locus bene quadrat in illum, quem Wunderus, quamvis traditam lectionem retinens secundum Reisigium affert ex M. Tulli de Fin. B. et M. I. § 44: ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur.

1236: τὸ κατάμεμπτον eodem modo dictum esse videtur quo τὸ μέγιστον; πύματον praedicative est usurpatum. 1390: καὶ καλῶ τὸ Ταρτάρου στυγνὸν πατρῷον ἔρεβος. Licet autem Wunderus πατρῷον recte explicaverit, tamen, ut alii, offendor, quod στυγνὸν πατρῷον valde discrepant, ac proposuerim, ut pro στυγνὸν legatur στυγνοῦ cum Ταρτάρου iungendum. 1464. 1471. 1735. Ant. 109. 165: τοῦτο μὲν σέβοντας εἰδὼς — τοῦτ' αὖθις μένοντας; neque enim αὖθις est particula coniunctiva, quamvis voculae μὲν respondeat. 250. 258. 339. 366: ποτὲ μὲν — ἄλλοτ'. 430. 768. 842 seqq. 852: versus spurii esse videntur. 876. 917. 954. 1048. 1079. 1147: ἰὼ πῦρ πνεόντων | χοράγ' ἄστρων, νυχίων | φθεγμάτων ἐπίσκοπε, | παῖ Ζηνὸς γένεθλον. Personae ergo compellatae appositiones duae praecedunt. 1201. 1224. 1232:

τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς,
πτύσας προσώπῳ κοὐδὲν ἀντειπὼν ξίφους
ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας.

πτύσας metaphorice vertendum videtur »vultu contemptionem exprimens«. Nauckius negans sic usurpari πτύω totum versum

[1]) Faehse, Syll. 332.

delet, nec vero recte; nam et neglexit v. 653, ubi metaphorice adhiberi hoc verbum valde probabile est, et sequentibus »κοὐδὲν ἀντειπὼν« negari contrarium proxime antecedentium apparet, ut saepe fit, idque contrarium optime his verbis tali sensu praeditis exprimitur. Neque ergo est, quo offendamur.

1262. 1300. Ai. 58: ἔσθ' ὅτε — ὅτ'. 241. 297. 324. 450. 519. 606. 696. 700. 859 seq. 862 seq.: Aiax cum allocutus sit patriam Salaminiam, valere iubet Athenas incolasque eius, quare τὲ respondet particulae καὶ, tum arva Troica, v. 862.

903. 911. 914: ὁ δυστράπελος δυσώνυμος Αἴας. 1014: τὸν προδόντα substantive usurpato alterum opprobrium continetur. 1017. 1289: ὁ — γεγὼς substantivi vice fungitur, cum enumeret Teucer opprobria ab Agamemnone ipsi illata.

El. 165: ἄτεκνος — ἀνύμφευτος disiungitur vocula τάλαινα ad subiectum referenda, quo facto ἄτεκνος — ἀνύμφευτος etiam magis premitur. 203. 485: παλαιὰ omnia tria vocabula respicit. 568. 739: τότ' — ἄλλοθ'. 752, ubi τότε et ipsum deest. 851. 1078: οὔτε — τὲ. 1235: exstant hic duo asyndeta: tum inter ἐμόλετε et ἐφηύρετε, tum inter ἤλθετε et εἴδετε: nam οὓς ἐχρῄζετε et ad ἐφηύρετε et ad εἴδετε referas. 1413. Trach. 11 seq.: primo loco ulla particula deest, secundo et tertio δέ. 214. 507. 523. 694. 941. 967. 980. 1001. 1013. 1030. 1090. 1095. 1106. 1195. Phil. 11. 177. 242: sunt appositiones coniungendae cum v. 243. 391. 516. 665: sola obiecta diversa sunt pronomine relativo per anaphoram repetito. 694. 706. 794. 860: οὐ χερὸς, οὐ ποδὸς, οὔ τινος ἄρχων. 936 seq.: duo asyndetorum paria sunt statuenda, quorum alterum ad mare, alterum in interiorem terram versus pronuntiat, tertio asyndeto, nisi pausam statuas, iuxta se collocata. 1032. 1110. 1346: τοῦτο μὲν — εἶτα. 1357. fr. 113. 160, 2:

τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει; λέων
δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

Quoniam δράκων particula τὲ annectitur, putarim et post ὕδωρ excidisse τὲ, ita ut et animalia et naturae elementa artius comprehenderentur.

fr. 181. 228 b, 2.: tria asyndeta in uno versu cumulantur. fr. 232 a, 2. 339, 1, 2. 340, 2. 362. 374 b. 379, 2. 423, 2. 446, 2. 462 b, 3. 473. 595. 678, 5, 6, 12. 684, 2. 728.

§ II. Genus augmentativum.

Membrum antecedens asyndeti sequente aut aperte aut tacite continetur, ita ut vis aut magis intendatur aut amplius extendatur.

A. Gradativum. Constat saepe synonyma animo valde commoto coacervari, ita tamen ut quodque sequens fortius sit.

O. R. 385:

Κρέων ὁ πιστὸς, οὐξ ἀρχῆς φίλος.

Idem etiam acrius efficitur, cum quod antea affirmative dictum est, postea negato contrario premitur; O. R. 384. 690. 1205:

τίς ἐν πόνοις, τίς ἄταις ἀγρίαις
ξύνοικος ἀλλαγᾷ βίου;

Traditam hanc lectionem plerique editores cum Hermanno metri causa sic mutant: τίς ἄταις ἀγρίαις, τίς ἐν πόνοις rati librarium fugisse, saepe praepositionem alteri demum membro adici; ξύνοικος cum ἀλλαγᾷ βίου iungunt. Herwerdenius ξύνοικος ad πόνοις refert ἐν delens. Ego, quod proponam, nihil quidem certi habeo, sed Hermanni coniecturam ideo reprobarim, quod nunquam priori notioni maior vis inesse debet, qua hoc loco ἄταις ἀγρίαις praeditum esse apparet.

1298. 1304. 1330. 1345. 1383. O. C. 131. 232. 233: πάλιν ἔκτοπος αὖθις ἄφορμος. 354: λέγουσ' αὖθις πάλιν. Potest et, quod antea negativa forma pronuntiatum est, vi quadam affirmative repeti, ut videtur v. 697: φύτευμα ἀχείρητον αὐτόποιον. ἀχείρωτον, quod Poll. II. 154 quidem per ἀχειρούργητον explicat, in plerisque apographis legitur; sed et in optimo Pollucis codice Par. videtur scriptum fuisse ἀχειρόδοτον et ἀχείρωτον secundum exempla reperta significat »invictum«, quod prorsus non convenit; quare ἀχείρητον, i. e. »non manu satum«, retinuerim, quamvis et ipsum exemplis non satis firmatum. 1123. 1208. Ant. 1: ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα; κοινὸν scil. neque cum Helmkio ad communionem

malorum neque cum Wolffio ad officiorum referri velim, sed ad communem originem, quae voce αὐτάδελφον etiam magis illustratur. Ant. 29. 108. 397:

ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου τόδε.

De oppositione cogitari nequit, quia ἄλλου nihil est nisi contrarium vocis ἐμὸν (pro ἐμοῦ).

586: ὅμοιον ὥστε ποντίαις οἶδμα δυσπνόοις ὅταν
Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει κτέ.

Traditum est pro ποντίαις: ποντίας (ι ante σ a manu antiqua illato) ἁλός. Ac delevit Elmsleius ἁλὸς, eumque secuti sunt fere omnes, cum metrum antistrophicum adversetur. ποντίαις, i. e. »qui mari incubuerunt«, receperunt Weckleinius et Dindorfius; Nauckius probabilius, ut mihi quidem videtur, coniecit πόντιον ratus plura exsistere attributa vocis πνοαῖς, quam quae ferri possent. Seidlerus ὅμοιον omisit retinens ἁλὸς; at dubito, num ὅμοιον omitti possit. Nauckii coniectura mihi magis probatur, quamvis non facilis sit, nisi forte fieri possit, ut ποντίας scribamus cogitatione ἁλὸς supplentes, quod quidam recordatus creberrimi illius usus ποντία ἅλς sive pro glossa seu pro correctione adiecit. 887. 891, ubi asyndeton statuendum est inter appositiones νυμφεῖον et οἴκησις. 1071. 1268. 1329. Ai. 20. 60: Hartungius cum Wundero falso scribit εἷς τ' ἔβαλλον, dicens asyndeti hic locum non esse, quia Minerva commota non sit; sed recte monet Nauckius animum eius oratione ipsa concieri. 54:

καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω σύμμικτά τε
λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα·

de hoc versu magna est dissensio inter editores: Dindorfius enim secundum Wunderum et λείας et βουκόλων cum φρουρήματα iungit, alterum genetivum obiectivum, alterum subiectivum esse ratus, atque σύμμικτα dici φρουρήματα arbitratur ideo, quod in eodem loco cum gregibus versata sint; similiter sentiunt Schaeferus et Hermannus. Lobeckius commate post λείας restituto genetivum periphrasticum esse contendit; Seyffertus genetivum partitivum esse suspicatur; Hartungius ποίμνας et φρουρήματα pro figura, quae dicitur

ἓν διὰ δυοῖν, habet et λείας pro appositione. Nauckius paene consentit cum Wundero ἄδαστα ad λείας referens. Ego vero, cum non intellegam, quid discriminis intersit inter greges et pecora praedae, sed putans omnia pecora praedatos esse Graecos, λείας genetivum esse partitivum existimo referendum et ad ποίμνας et ad φρουρήματα, ἄδαστα autem nihil est nisi negatum contrarium vocis σύμμικτα: verterim ergo »et greges praedae et promiscua indivisa pecora bubulcis custodienda«, ita ut greges sint pecora inter Graecos iam divisa. Nam v. 145 βοτὰ καὶ λείαν, quod repugnare videtur meae sententiae, ἓν διὰ δυοῖν esse putarim; ac v. 146 docet praedae partem distributam fuisse, partem indivisam.

205. 364 seq.: sunt appositiones pronomini μὲ adiectae. 395. 710. 844. 896. 1006. El. 283. 301 seq. 492. 719. Trach. 771. 787. 878. 1030. 1087. 1088: αὖ πάλιν. Sitne asyndeton necne, valde haesito, cum gradatio ulla absit, et fr. 434,3 eaedem voculae invertuntur. 1089. 1096. 1132. Phil. 228: μόνον ἔρημον ad participium referas, quod latet in tradito καλούμενον. 236. 342: cf. Trach. 1088. 471. 788. 923. 930. 952: cf. Trach. 1088. 981. 1120. fr. 309. 350. 434,3. 479,6. 823: negatio contrarii exstare videtur; atqui, utrum hoc statuam an genus adversativum, non diiudicaverim, cum duo, qui aetatem tulerunt, versus, satis certe explicari nequeant.

B. Amplificativum. Rarius vocis alicuius notio posteriore amplius extenditur; ac nonnunquam vix discernas, utrum gradatio sit statuenda an amplificatio.

O. R. 828:

ἆρ' ἔφυν κακός;
ἆρ' οὐχὶ πᾶς ἄναγνος;

1441. O. C. 1147. Ant. 1037. 1074. Ai. 894. 1275. 1393. El. 887. Trach. 263:

ὅς αὐτὸν ἐλθόντ' ἐς δόμους ἐφέστιον,
ξένον παλαιὸν ὄντα, κτλ.,

nisi forte ὄντα priori participio describendo inserviat. Phil. 254. 1018: ἄφιλον ἔρημον ἄπολιν. fr. 678,16.

C. Suppletivum. Prius membrum non continetur quidem posteriore, sed cogitatione cum eo est artissime iungendum et quasi per ἓν διὰ δυοῖν explicandum; Ai. 1414:

ἀλλ' ἄγε πᾶς, φίλος ὅστις ἀνὴρ
φησὶ παρεῖναι, σούσθω, βάτω.
τῷδ' ἀνδρὶ πονῶν κτέ.

Nam si quod aliud genus copulativi asyndeti statuas, poscendum tibi est, ut haec verba transponantur, quoniam σούσθω fortius est quam βάτω.

El. 115. Trach. 212: recte Seidlerus, Hermannus, Wunderus et ἀνάγετε et βοᾶτε cum παιᾶνα iungunt totamque notionem cum Ἄρτεμιν, cuius rei exemplum attulit ex Herc. fur. 687:

παιᾶνα ὑμνοῦσι τὸν Λατοῦς γόνον.

Dindorfius Ἄρτεμιν pendere a βοᾶτε mihi quidem velle videtur; βοᾶτε autem multo vehementius dictum est pro μεγάλῃ σὺν βοῇ.

Cap. II.

De asyndeto vocabulorum disiunctivo.

Duae vel plures res sine particula coniunctiva iuxta se ponuntur, at non ita, ut alteram alteri adicias, sed ut ex iis, quam praeferas, eligas.

Phil. 237:

τίς σ', ὦ τέκνον, προσέσχε, τίς προσήγαγεν
χρεία; τίς ὁρμή; τίς ἀνέμων ὁ φίλτατος;

i. e. »quae te huc adduxit necessitas? quis impetus? quis ventorum gratissimus«? Scil. aut inopia aliqua coactus aut suo impetu aut vento adverso latus ad insulam appulisse ei videtur.

482: ἐμβαλοῦ μ' ὅπῃ θέλεις ἄγων,
εἰς ἀντλίαν, ἐς πρῷραν, ἐς πρύμνην.

In unum ergo horum locorum conici voluit Philoctetes.

Cap. III.

De asyndeto vocabulorum adversativo.

Vocabulum vocabulo opponitur, sive prioris meram negationem seu contrarium exprimit posterius. O. R. 447:

εἰπὼν ἄπειμ' ὧν οὕνεκ' ἦλθον, οὐ τὸ σὸν
δείσας πρόσωπον.

630: κἀμοὶ πόλεως μέτεστιν, οὐχὶ σοὶ μόνῳ.

Negatio contrarii statuenda non est, cum voculae ἐμοὶ non σοὶ solum opponi possit. 671. 850. O. C. 580. 813. 1195. 1239. 1368. Ai. 64. 970. 1102. 1105, siquidem versus est genuinus, quod et Dindorfius et Nauckius addubitant. El. 576. 624. Trach. 356. Phil. 99. 182:

οὗτος πρωτογόνων ἴσως
οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,
πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων κτλ.

Nauckius pro ἴσως, quod perspicuum esse negat, scribit γεγὼς, ita ut οὐδενὸς ὕστερος cum antecedentibus non sit iungendum, sed per asyndeton amplificandi gratia adiectum; quo facto omnis vis horum verborum illuc vergit et sublimis oppositio, quae inter haec verba et v. 182 intercedit, valde minuitur; accedit quod ἴσως facile intellegitur, si coniciamus esse hanc vocem mitigantis aliquod dictum. Ergo »ille nobilissimis forte ex familiis nulli secundus, omnium rerum expers in vita iacet etc.«. 1272.

Cap. IV.

De asyndeto vocabulorum causali.

Id genus ibi est statuendum, ubi sequens aliquod vocabulum praecedenti aut affirmando aut explicando inservit.

§ I. Genus, quod proprie dicitur, causale.

Rarissime posteriore voce prioris causa affertur.
O. C. 548:

νόμῳ δὲ καθαρός, ἄϊδρις ἐς τόδ' ἦλθον.

Phil. 486:

προσπίτνω σε γόνασι, καίπερ ὢν
ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλός.

ὁ τλήμων appositionis loco ad subiectum referendum insertum est inter ἀκράτωρ et χωλός.

§ II. Genus explicativum.

Multo saepius verbum aliquod vel enuntiati membrum explicatur uno vel duobus aliis eodem munere fungentibus vel accuratius exponitur vel dividitur; quin etiam, quae sequente voce vel sequentibus continentur, antea obscurius indicantur.

A. Quod antea minus dilucide dictum est, tum expeditius pronuntiatur vel res in partes dividitur vel simile aliquid. O. R. 11:

τίνι τρόπῳ καθέστατε,
δείσαντες ἢ στέρξαντες;

(pro στέξαντες a manu recentiore). Quamvis diversi sint generis vocabula, tamen participiis nihil aliud nisi τίνι τρόπῳ magis perspicue depingitur. 18:

ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα
βωμοῖσι τοῖς σοῖς, οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν
πτέσθαι σθένοντες, οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς
ἱερεῖς, ἐγὼ μὲν Ζηνός, οἱ δ' ἐπ' ἠθέων
λεκτοί·

sic audiunt codd. Ac Ritterus tres chori statuit esse partes easque infantium, sacerdotum, iuvenum; similiter sentire videtur Dindorfius. At cum diversis de causis, quas Herwerdenius attulit, tum quia offensioni est, quod sacerdotes commemorantur medios inter infantes et iuvenes, recte mihi quidem Bentleius ἱερεὺς pro ἱερεῖς et οἵδε τ' ἠθέων pro οἱ δ' ἐπ' ἠιθέων facillima coniectura scripsisse videtur; idem receperunt Wunderus, Nauckius, Herwerdenius, ita ut duae tantum sint partes chori: adulescentuli et sacerdos (nam plures non nominantur), et quod antea in universum dictum sit numero plurali, postea accuratius definiat personas quasi monstrans sacerdos, chiasmo adhibito. Nauckii ἔγωγε pro ἐγὼ μὲν necessarium non est, cum voculae μὲν haud raro per

anacoluthon respondeat τέ. Campbellius ἱερεῖς retinet, recipit οἵδε τ'. Cf. vv. 31 seq.

300: πάντα duplici ratione describitur. 603. 622:

τί δῆτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;

641: ὅμαιμε, δεινά μ' Οἰδίπους ὁ σὸς πόσις
δρᾶσαι δικαιοῖ, δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν
ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.

Optime autem coniecit Dindorfius θάτερον δυοῖν pro δυοῖν ἀποκρίνας: nam obiectum requiris verbi ἀποκρίνας, cum versu 641 res ipsae contineantur, quarum unam eligat. Hac de causa traditam lectionem reprobo, licet metricae causae non sint tanti momenti. Quod v. 623 nostro loco repugnare videtur, suspicari possumus Creontem aut ipsum, Oedipum minas perfecturum, non credidisse aut coram Ioçaste ei pepercisse.

1155: δύστηνος, ἀντὶ τοῦ; τί προσχρῄζων μαθεῖν;

sc. τοῦτο κελεύεις. Ergo Blaydesii coniectura προσχρῄζεις opus non est. 1264. 1464. O. C. 643. 701: cf. 698. 711: cf. 707, unde supplendum puto αἶνον, ut iam supra exposui. 781: τοιαῦτα non ad sequentia referas, sed ad antecedentia. 961:

ὦ λῆμ' ἀναιδές, τοῦ καθυβρίζειν δοκεῖς
πότερον ἐμοῦ γέροντος, ἢ σαυτοῦ, τόδε;

1048. 1234. 1501, nisi forte versum reieceris cum Nauckio, quoniam nemo nisi chorus auxilium petiit. Ant. 246. 858; tradita haec sunt:

ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας
πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον
τοῦ τε πρόπαντος
ἁμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακιδαῖσιν.
ἰὼ ματρῷαι λέκτρων ἆται κτλ.
ἰὼ δυσπότμων
κασίγνητε γάμων κυρήσας κτέ.

Recte Dindorfius cum Brunckio scripsisse videtur οἶτον pro οἶκτον. ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας autem genetivum, οἶτον accusativum esse liberius adiectum, cl. Aesch. Ag. 225, con-

tendit; at falso comparat hunc versum, nam ἀρωγὰν vel appositionis loco vel praedicati verbis θυτὴρ γενέσθαι θυγατρὸς adiectum est, quae nihil aliud significant nisi θυσίαν θυγατρός; neque igitur de accusativo liberius adiecto illic cogitari potest. Dindorfius porro frustra τριπόλητον praefert. Similiter explicat Nauckius, qui putat τριπόλιστον dici patris fatum, quia saepe a Graecis narretur; at τριπόλητον non idem est ac τριπόλιστον. Musgravius μερίμνας accusativum esse eiusque appositionem οἶκτον arbitratur. Weckleinius existimat ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας eodem sensu usurpatum esse quo ὑπέμνησας et accusativum postulare, velut apud Demosthenem τεθνᾶσι τῷ δέει aeque ac δεδοίκασι cum accusativo iungatur; ac τριπόλιστον secundum scholiastam cum Seyfferto vertit »qui ab ipsa etiam atque etiam renovetur«. Ego vero cum primariam vocis τριπόλιστος vim teneri velim, i. e. »ter conditus, triplex«, et οἶτον pendere secundum Weckleinium ex ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας, i. e. ὑπέμνησας ac lat. »obiter significasti«, tum verba sic transposuerim: οἶτον τριπόλιστον· πατρός: ita ut τριπόλιστον dividat Antigone in fatum patris, matris v. 563, fratris v. 869, commemorans, qua ratione eorum clades cum ipsius mala fortuna conectantur. Nam si traditam lectionem sequamur, non intellego, quem ad finem fratris infaustas nuptias attulerit, etsi ab Oedipo filii summis exsecrationibus affecti erant, vel si πατρὸς οἶτον exposuerit, cur non Lai caedem commemoret. τρ autem modo producit syllabam modo non producit; cf. Ant. 806. O. R. 1394. v. 863 et v. 869, anacolutho admisso, enuntiatis utitur poëta; accedit quod τοῦ πρόπαντος ἁμετέρου πότμου a scholiasta explicatur verbis καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυστυχίας. meaque coniectura recepta artius cum πατρὸς coniungitur.

1071: τῶν κάτωθεν θεῶν ἄμοιρος exponitur adiectivis ἀκτέριστος, ἀνόσιος. 1279: ὡς non cum Nauckio comparantis, sed cum Campbellio exclamantis esse statuo, ita ut verbis φέρων κτέ. praecedentia participia describantur; sin minus probetur tibi, asyndeton omnino non est statuendum, cum diversae res exprimantur; neque enim ὡς verti potest »als«; ὄψεσθαι per anacoluthon est dictum. Ai. 910. El. 111:

ὦ δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης,
ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ,
σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες,
ἔλθετ', ἀρήξατε κτλ.

Nauckius ratus δῶμ' Ἀΐδου καὶ Περσεφόνης idem esse ac numina haec ipsa asyndeton enumerativum esse statuit; ego vero haec verba ad inferos ipsos refero putans sequentibus eam vocem accuratius describi vel sis restringi, cum Pluto et Proserpina ultionis numina non habita sint et offendat, quod uno tantum loco asyndeton intercessit; Mercurium ultorem fuisse deum apparet ex Ar. Ran. 1126.

272. 345. 451. 766. 1195: τί δρῶσα idem valet quod τίνι τρόπῳ. Trach. 100. 236. 308. 707, ubi Dindorfius censet πόθεν voculis ἀντὶ τοῦ accuratius definiri. 735. 791. 970. 1207. Phil. 335. 503. 1264. 1295: nam Ulixem fuisse iam cum τίνος φώνημα interrogat, suspicatur. 1353: πῶς — τῷ προσήγορος. fr. 419,3. 152,3.

B. Quae sequuntur, antea una tantum voce, plerumque pronomine demonstrativo, antecapiuntur.

O. C. 787:

οὐκ ἔστι σοι ταῦτ', ἀλλά σοι τάδ' ἔστ', ἐκεῖ
χώρας ἀλάστωρ οὑμὸς ἐνναίων ἀεί.

Ant. 651. Trach. 1256. Phil. 1272:

τοιοῦτος ἦσθα τοῖς λόγοισι χὤτε μου
τὰ τόξ' ἔκλεπτες, πιστός, ἀτηρὸς λάθρα.

τοιοῦτος scil. ad sequentia referendum est.

Cap. V.

De asyndeto vocabulorum consecutivo.

Quod sequente vocabulo exprimitur, ex antecedente vel antecedentibus consequitur.

§ I. Genus, quod proprie dicitur, consecutivum.

Mere efficitur posterius membrum e priore. Ant. 206:

ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν,

quibus de versibus diversae exstant sententiae. Nauckius

δέμας ἐδεστὸν pendere vult ab ἰδεῖν, quod verborum collocatione refutatur. Dindorfius ἐδεστὸν cum δέμας iunctum accusativum absolutum esse arbitrari videtur. Ego vero ἄθαπτον et ἐδεστὸν aequalitatis causa coniungo, ita ut δέμας sit, qui dicitur, accusativus Graecus, et verbis αἰκισθέντ' ἰδεῖν contineatur consecutio antecedentium. 352, ubi ἀδμῆτα, quod omnes fere codd. exhibent, Hermannus metri causa mutavit in ἀκμῆτα. 475. 867: ἀραῖος ἄγαμος, »propter exsecrationes illatas nuptiarum expers«, subiecto sunt attributive adiecta, μέτοικος verbo praedicative. Ai. 576.

§ II. Genus comprehensivum.

Vocabula antecedentia sequente aliquo comprehenduntur.

O. R. 1285:

νῦν δὲ τῇδε θ' ἡμέρᾳ
στεναγμὸς, ἄτη, αἰσχύνη, κακῶν
ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν.

Campbellius inversionem esse contendit pro κακὰ, ὅσων ἐστὶν ὀνόματα inde prodeuntem, quod saepe nomen et res ipsa commutetur; genetivo autem κακῶν effici transitum ad negationem. Nec vero mihi haec explicatio plane probatur, sed puto verbo οὐδὲν, quod cum κακῶν coniungas, praecedentia substantiva brevissime comprehendi, ita ut vis negativa retro versa idem valeat quod οὔτε — οὔτε — κτλ. vel οὐ — οὐ — οὐ — οὐ, velut haud rarus est linguae vernaculae usus. De sermone latino cf. Hor. sat. I. 1. 40. Quin etiam mihi πάντων cum κακῶν iungendum esse videtur, transpositum vero, quod genetivus non minus ab ὀνόματα quam ab οὐδὲν pendet.

Iam vero, ut finem faciam toti dissertationi, si quaeramus, quas ob causas asyndeta sint admissa, repetamus ex antiquissimis temporibus, ubi enuntiata omnia sine ulla particula coniunctiva vel subiunctiva iuxta se collocabantur, ita ut ratio eorum e nulla re nisi e sensu et ex accentu maiore minoreve cognosceretur; ac similiter se habebant singula vocabula. Cum vero sequente aetate lingua valde amplificata esset, particulis, i. e. quibusdam casibus pronominum

vel nominum flexione carentibus et partim mutilatis comminutisque utebantur, ut accuratius exprimerent, qualis enuntiatorum vel vocabulorum esset ratio. Ac tempore assueverunt homines tali usui loquendi adeo, ut non sententiis ipsis, sed particulis his sensum coniunctivum inesse putarent; et mox eo res est perducta, cum particularum numerus et vis magis magisque extensa esset, ut iis diversas rationes grammaticas non satis accurate distincteque exprimere sibi viderentur et ad veterem illum usum redirent, quo nihil nisi sensus vocisque intentio eos adiuvaret. Scribendi vel loquendi genere usi tali cogimur acrius inquirentes rationem eruere, quo facto subtilius accuratiusque conexum comprehendimus quam particulis praesentibus. At non solum magis premuntur enuntiata vel vocabula sine coniunctione iuxta se posita, sed etiam una, ut ita dicam, imagine comprehenduntur, cum uno tempore animo contemplanti obversentur; quae res praecipue in genere copulativo et in causalis parte explicativa obvenit, cum in adversativo et disiunctivo et causali etconsecutivo genere impellamur, ut alterum membrum alteri quam subtilissime accuratissimeque opponamus atque vel differentia eruamus vel virtutes inter se aestimemus vel intellegamus, quomodo causa et consecutio se habeant inter se.

VITA.

Natus sum Henricus Seemann Nissiae anno h. s. LVIII. die XX. m. Augusti patre Henrico, matre Paulina e gente de Winckler, e quibus illum adhuc superstitem esse non minus gaudeo quam acerbo fato hanc mihi hoc ipso anno ereptam esse lugeo. Fidei addictus sum catholicae. Postquam in schola urbana Nissensi primis imbutus sum elementis, eiusdem oppidi gymnasium frequentavi v. ill. Julio Zastra directore. Maturitatis testimonium rite adeptus primum mense Augusto anni LXXVII rei militari incumbebam, deinde mense Maio anni LXXVIII universitatem litterarum Vratislaviensem adii et studiis philologicis me dedens per novem semestria scholis interfui virorum illustrium Dilthey, Hertz, Neumann, Reifferscheid, Roepell, Rossbach, Weinhold. Per duo semestria sodalis fui seminarii regii philologici extraordinarius, ordinarius per unum semestre. Seminarii Germanici exercitationibus interfui per sex semestria sodalis extraordinarius.

Omnes praeceptores meos pio gratoque animo semper colam semperque iis magnam habebo gratiam.

SENTENTIAE CONTROVERSAE.

I. Dion. Chrys. or. L. § 9 (ed. Emper.) ἐμαυτῷ retineri et cum verbo supplendo ἀπολογεῖσθαι iungi volo.

II. Dion. Chrys. or. LI. § 7 scribendum esse puto οὐ μὴν ἀνάξιος ἔδοξε διὰ παντὸς ἀρχὴν ἄρχειν τοῦ χρόνου, καὶ ταύτην κτλ.

III. Dion. Chrys. or. LII. § 10 sic mutaverim: ὥστε εὐφρανθῆναι τὸν Φιλοκτήτην.

IV. Dion. Chrys. or. LIII. § 4 sic scribendum esse censeo: ὁ δὲ Ζήνων οὐδὲν τῶν ἐπῶν τοῦ Ὁμήρου λέγει.

V. Dion. Chrys. or. LXXIX. § 3 sic emendandum esse contendo: καί φασιν αὐτόθι τοὺς κακούργους ἐν παγχρύσοις δεδέσθαι πέδαις.

VI. Soph. Phil. v. 228 (ed. Dind.) sic legas: μόνον, ἔρημον ὧδε κἄφιλον θανούμενον.

VII. Soph. Trach. v. 770 ώς scribendum et post ἐδαίνυτο comma ponendum esse iudico cum Wundero et Apitzio.